

C6

Cambridge, Fitzwilliam Museum, ff. 102r-

=====

Quare] qua re(m), or Quare(m)
 pt-----] post
 hoc] h(aec) *ut videtur*

The text used of the *Categoriae* is the *translatio composita*, but sometimes mixed with the *translatio Boethii*, in particular in ch. 8.

=====

<cap. 1>

<S>ubtilis indagator rerum, / Aristoteles, de decem generibus, quae pro excellentis continentiae causa praedi/camenta vocavit, acturus, prolegomena¹ quaedam, id est praedicenda, in suo praemisit / tractatu. Cum enim ipsa genera alternatim considerata entis vel praedicamenti vel cuiuslibet vo/cabuli communione coniuncta, omni vero ratione substantiae carentia aequivoca essent, / aequivocorum notitiam magna deposcit necessitas. Cum vero ipsa eadem singulatim ad species / considerata nomen ipsis et rationem praebeant substantiae, de univocis quoque non inaniter praemon/stravit. Cum vero de qualitate <quae> in loco quarto ceterorum disposita esset locuturus, cum et ipsa / per qualium derivationem dinoscatur, et de subiectis nisi per ea minime praedicetur, de deno/minativis quoque necessaria utilitate praescripsit.

Unde sic ab aequivocis exorditur principium: / **aequivoca sunt** etc (47.2). Quod sic probat a partibus. **Animal**, inquit, quod est **homo et quod pingitur** sunt / aequivoca; **horum autem solum nomen commune est, secundum nomen `substantiae`² ratio diversa**; ergo aequivoca sunt quorum / commune est nomen et ratio substantiae diversa.

Ubi diversa ~~pronuntiatio~~, eadem est intelli/gendum. Aliter enim ipsis generibus nullam habentibus rationem aequivoca esse non conveniret.

Quod / autem homo <est> et quod pingitur, diversam habent

¹ prolegomena] p(ro)logomena C

² `substantiae' *supra lineam post ratio ponendum indicando addid. C*

<rationem>, a specie diversi probatur sic. Si habent singula propria, tunc habent di/versam; sed hoc est; ergo habent diversam. Si enim diversa pron(untiatione) eadem accipitur, duas habebit partes. ~~Non / eadem enim est vel propria vel nulla.~~

Quod autem singulatim propria habent, ab effecto sic probat. Si quis vere potest assignare illis propriam, tunc habent propriam; habere enim causa est verae assignationis. / Sed, inquit (47.5), aliquis potest vere illis assignare propriam. Ergo habent propriam.

Univoca vero dicuntur (47.7) quae et / nomen et rationem habent communiter. A partibus. Animal³ quod <est> homo et quod est bos sunt univoca, ut / ait (47.8); sed, inquit (47.8), utraque communi nomine vocantur et est eadem ratio; ergo univoca sunt quae habent / nomen commune et rationem.

Et utrum communi nomine vocentur. A parte nominis. / Si vocantur animalia, tunc communi nomine; sed, inquit, **animalia nuncupantur** (47.9); ergo communi / nomine.

Et utrum habeant eandem rationem. Ab effecto. Si quis vere eis potest assignare eandem, tunc habent eandem; sed hoc est, ut ait (47.10); ergo habent eandem.

Denominativa / vero dicuntur quaecumque etc (47.12). A partibus. Grammaticus habet appellationem a grammatica et / fortis a fortitudine; sed haec sunt denominativa; ergo denominativa sunt **quaecumque habent appellationem** etc (47.12).

<Cap. 2>

His ita expositis, per ipsarum vocum divisionem ad rerum genera sic / parat accedere. **Eorum quae dicuntur alia secundum complexionem, alia sine complexione** (47.15). / A parte. Si 'homo currit' 'homo vincit' dicuntur⁴ secundum complexionem, et 'homo' et cetera sine complexione, tunc alia secundum complexionem, alia sine; sed hoc est, ut ait (47.16); ergo quae dicuntur alia secundum complexionem, alia sine.

Eorum quae sunt id est rerum alia⁵ dicuntur de subiecto et non

³ Animal] Anml' C

⁴ dicuntur] d(icu)nt C

⁵ alia] aliae C

sunt in subiecto (47.19). / A parte. Si homo dicitur de subiecto aliquo homine et non est in subiecto, tunc alia eorum quae sunt dicuntur / de subiecto et non sunt in ipso; sed hoc est, ut ait (47.20); ergo alia eorum quae sunt dicuntur de subiecto et non **|102v|** sunt in subiecto.

Alia autem in subiecto sunt (47.21) et non dicuntur de subiecto. Quod prius, id est in subiecto esse, expo/situm sic.

In subiecto autem dico etc (47.22). A par(tibus) probat. Si quaedam grammatica est in subiecta ani/ma et album in subiecto corpore, et non⁶ dicuntur de subiecto, tunc alia sunt in subiecto et non / dicuntur de subiecto; sed hoc est, ut ait (47.23); ergo alia eorum quae sunt sunt in sub`i`ecto, et non dicuntur de eo.

Utrum album / sit in subiecto corpore, a genere. **Omnis color** inquit **in corpore est** (47.25); sed quoddam album color est; / ergo quoddam album⁷ in corpore est.

Alia vero et de subiecto dicuntur et sunt in subiecto (48.1). A parte. Si scien/tia in subiecta est anima, et dicitur de subiecta grammatica, tunc alia dicuntur de subiecto et sunt / in subiecto; sed hoc est, ut ait (48.1); ergo alia rerum dicuntur de subiecto et sunt in subiecto.

Alia vero neque / in subiecto sunt neque de subiecto dicuntur (48.3). A partibus. **Aliqui homo vel aliqui equus** sunt alia eorum quae / sunt; sed **nihil horum** (48.4), inquit, vel est in subiecto vel dicitur de subiecto; ergo alia eorum quae sunt, neque dicuntur de / subiecto neque sunt in subiecto.

Et utrum aliqui homo vel aliqui equus de nullo subiecto dicantur. / A genere. Universaliter, inquit, **quae sunt individua de nullo subiecto dicuntur** (48.5); sed aliuqi homo et aliqui equus / sunt individua; ergo ipsa de nullo subiecto dicuntur.

Licet autem⁸ nulla individua de subiecto / dicantur, quaedam sunt tamen in subiecto. A parte. Si quaedam grammatica est in subiecto, tunc quoddam / individuum; sed hoc est, ut ait (48.6); ergo quoddam individuum est in subiecto.

<Cap. 3>

⁶ non + [d(icitu)r] C

⁷ albu(m)] abbu(m) a.c. C

⁸ autem] aut C

Quia vero in subiecto / esse superius⁹ exposuerat, de subiecto dici consequenter exponit sic: **quando al/terum** etc (48.8).

Unde sic disposita quaestione utrum quod praedicatur de praedicato, praedi/cetur de subiecto. Sic. Proba a partibus. **Homo**, inquit, est praedicatum de subiecto **aliquo / homine** (48.10); sed quod praedicatur de homine, praedicatur de subiecto, aliquo homine; ergo quod praedicatur de praedi/cato (substantialiter, subaudi), praedicatur et de subiecto.

Et utrum quod praedicatur de homine, / praedicetur de aliquo homine. A parte. **Animal**, inquit, praedicatur **de homine; ergo** pro sed, inquit, **de quodam / homine animal praedicabitur**¹⁰ (48.10). Ergo quod praedicatur de homine, praedicatur de quodam homine.

Et utrum homo et animal / praedicentur de quodam homine. A causa. Si quidam homo est et homo et animal, tunc praedicantur de ipso; / sed hoc est, ut ait (48.11); ergo homo et animal praedicantur de quodam homine.

Cum autem a divisione incepta / suum recte continuaret tractatum, parum tamen abinde digreditur, ut generum sub illis / decem positorum manifestet naturam. Quod sic incipit: **diversorum generum et non subalternatim / positorum diversae sunt differentiae secundum speciem** (48.13) id est specificae. A partibus generis. Si animalis / et scientiae, tunc diversorum generum; sed hoc est, ut ait **ut animalis et scientiae** (48.14); ergo diversorum ge/nerum sunt diversae differentiae.

Et utrum animalis et scientiae sint diversae specificae differentiae. A specie specifi/carum differentiarum. Si divisivae, tunc specificae; nam et constitutivae et divisivae omnes vocantur speci/ficae. Sed animalis et scientiae sunt diversae divisivae. Ergo specificae.

Et utrum divisivae / sint diversae. A partibus divisivarum. Si¹¹ animalis sunt divisivae differentiae gressibile et cetera, / quae diversa sunt a differentiis scientiae, tunc eorum sunt divisivae differentiae diversae; sed hoc est, ut ait **animalis / quidem differentiae sunt** etc (48.14); ergo animalis et scientiae sunt divisivae differentiae diversae.

Et utrum gressibile et / cetera sint diversae a divisivis differentiis scientiae. Ab immediatis. Aut diversae sunt a suis aut / aliqua earum sua est; sed **scientiae inquit nulla earum est** (48.15); ergo diversae sunt a divisivis differentiis scientiae. /

⁹ superius] supeius V

¹⁰ praedicabitur] p(rae)dicat(ur) C

¹¹ Si] S(ed) C

Et utrum bipes vel aliqua aliarum sit divisiva differentia scientiae. Non. A definitione. Si bipes vel **[103r]** aliqua alia esse divisiva differentia scientiae, tunc divideret scientiam a scientia; sed bipes, inquit, non / dividit scientiam a scientia, quod sic aequipollenter ait: **neque enim scientia differt a scien/tia in eo quod bipes est** (48.16); ergo bipes vel aliqua aliarum non `est` divisiva differentia scientiae.

[48.17]

Unde abest de/finitio et definitum. Est enim definitio divisivae differentiae quod illud dividit a se cuius divisiva / est. **Subalternorum vero generum nihil pro`h`ibet easdem esse differentias**, ubi prohibet remisse ponit quasdam. / A partibus. Si praedicatum et subiectum generum habent easdem, tunc subalterna; sed hoc est; ergo subalterna / genera habent easdem differentias.

Et utrum praedicatum et subiectum generum habent easdem differentias. A partibus. Si sub/iectum habet superiores differentias praedicati, tunc subiectum et praedicatum habent quasdam easdem; sed hoc est; ergo praedi/catum et subiectum habent differentias quasdam easdem.

Et utrum subiectum habeat superiores differentias praedicati / vel utrum quaecumque superiores sunt differentiae praedicati sint subiecti generis. Ab¹² effecto. Si superiores / differentiae praedicati praedicantur de subiecto genere, tunc sunt subiecti generis: est enim causa illius / esse differentias et effectum de illo praedicari. Sed de illo praedicantur. Ergo vel **quare** inquit **quaecumque praedicati / differentiae superiores subaudi fuerint, eadem erunt subiecti** (48.18); quod est dicere: ergo praedicatum et sub/iectum generum habent superiores differentias.

Et utrum superiores differentiae praedicentur de subiecto genere. / A toto. Si¹³ omnia superiora praedicantur de subterioribus, tunc subteriores¹⁴ differentiae de subiecto genere; / sed, inquit, omnia **superiora praedicantur de subterioribus**; ergo superiores differentiae praedicantur de subiecto genere.

<Cap. 4>

His ita interpositionibus expositis, nunc demum ad alteram divisionis vocum partem regre/ditur, sic: **eorum quae secundum nullam complexionem dicuntur singulum aut substantiam significat / aut** cetera

¹² Ab] A C

¹³ Si] S(ed) C

¹⁴ superiores] subp(er)iores C

quae sequuntur (48.20). Quae omnia figulariter¹⁵, hoc est per figuram, sinadoche(!?) exequitur, ita: **est autem / substantia ut homo** etc (48.22).

Singula igitur (48.27) hic igitur acceptivum est superioris partis **eorum quae dicta / sunt**, nullam faciunt affirmationem; **horum autem complexione fit affirmatio** (48.28).

Quod vero **quae / dicta sunt** (48.27) subaudi sine complexione, non faciunt affirmationem, probat a speciebus affirmationum. **Videtur** inquit **omnis affirmatio vel falsa esse vel vera** (48.29); sed **eorum**, inquit, quae dicta / sunt sine complexione, nihil verum vel falsum est; ergo singula dicta sine complexione / nullam faciunt affirmationem. Unde omnes auferuntur species, inde et genus.

Et utrum quae / dicta sunt sine complexione, neque vera neque falsa sint. A partibus eorum. Omnia, inquit, / quae sine complexione sunt dicta, sunt **ut 'homo' 'albus' 'currit'**(48.31); sed haec neque vera neque / falsa sunt; ergo quae dicta sunt sine complexione, neque vera neque falsa sunt.

<Cap. 5>

Tali itaque vo/cum divisione, rerum etiam numero patefacto, iam ad eam quae natura principatum / optinet, primo accedit ordine tractaturus, eamque prius per divisionem, post vero proprie/tatum descriptionem manifestare ingreditur, sic: **substantia autem quae neque dicitur / de subiecto neque est in subiecto est** (48.32), **proprie** (48.32) hoc est secundum proprietatem¹⁶ vel etymologiam no/minis (sic enim nomen 'substantia' dicitur quasi accidentibus subiaceat) **et principaliter** (48.32) / hoc est in ordine temporis (nam primo tempore subiacent individua accidentibus, post / vero in universalibus, Porphyrio attestante) **et maxime** (48.33) hoc ad dignitatem pertinet / (habitudinem namque accidentium dant secundis, cum dignior sit omnis receptore / largitor). A partibus principalium. Substantia, **ut** inquit **aliquis homo vel aliquis equus** (49.1), neque **[103v]** est in subiecto neque dicitur de subiecto; sed haec sunt proprie et principaliter et maxime; ergo substantia, / quae neque sunt in subiecto neque de subiecto dicuntur, sunt proprie et principaliter et maxime.

Substan/tiae quoque secundae dicuntur (49.1). Ibi punctandum est. A partibus. Si species, in quibus insunt primae substantiae, et genera

¹⁵ figulariter] fingularit(er) P

¹⁶ proprietatum] p(er)p(r)ie/tatu(m) C

ipsarum sunt / secundae substantiae, tunc quaedam substantiae sunt secundae; sed hoc est, ut ait **species et harum genera** etc (49.3); ergo quaedam substantiae sunt secundae.

Et / utrum species et genera sint secundae substantiae. A parte speciei et generis et primae substantiae. Inquit enim **aliquis homo in specie quidem / est in homine** (49.3) hoc est homo est species in qua inest aliquis homo, et suum **genus est animal** (49.4); **secundae ergo** pro ‘sed’, inquit, / **substantiae dicuntur homo et animal** (49.4); ergo species in qua inest prima substantia et ipsius genus sunt secundae substantiae.

Ipsarum vero substantiarum / secundarum naturam ostendit, sic: **manifestum autem est ex his quae dicta sunt** (49.5) hoc est quando alterum de / altero praedicatur ut de subiecto, quaecumque de eo quod praedicatur dicuntur, eadem et de subiecto dicuntur, **quoniam / eorum quae de subiecto dicuntur, necesse est nomen et rationem de subiecto praedicari** (49.6). A partibus. Ut inquit / **homo de subiecto aliquo homine** (49.7) dicitur; sed nomen hominis et ratio praedicatur de aliquo homine, quod sic ait, / ponens **namque** pro ‘sed’ **hominem namque de aliquo** etc (49.8); ergo nomen et ratio eius quod dicitur de subiecto / praedicatur de subiecto.

Et utrum nomen hominis, quod est ‘homo’, et ratio, quae est animal rationale / mortale, praedicatur de quodam homine. A causa. Si quidam homo est homo et animal rationale mortale, / tunc homo et animal rationale mortale, hoc est nomen et ratio hominis, praedicatur de quodam homine. Sed hoc est, ut ait / **quidam enim homo homo est et animal rationale mortale** (49.9). Ergo homo et animal rationale mortale, hoc est nomen et ratio hominis, / praedicatur de quodam homine.

Nunc demum sequitur superior illa quam diximus conclusio. **Quare et nomen et ratio** subaudi eius quod dicitur de subiecto **praedicabitur¹⁷ de subiecto** (49.10).

Ostensa itaque de subiecto / dictorum natura, ad entium in subiecto natura planius tractaturus regreditur, sic: **eorum vero quae in sub/iecto sunt in plurimis neque nomen de subiecto neque ratio praedicabitur** (49.10).

Utrum vero ad utrumque / vel ad eorum quodlibet hoc **in plurimis** addidit temperamentum. Tali docet expositione: **in ali/quibus autem** etc (49.12). Quod sic probat a parte. Si album quod est in subiecto corpore praedicatur nomine / de eo et non ratione, tunc quoddam quod in subiecto est

¹⁷ praedicabitur] p(rae)dicat(ur) C

praedicatur nomine et non ratione de eo; sed hoc / est, ut ait **ut album cum sit in subiecto corpore** etc (49.13); ergo quoddam quod est in subiecto praedicatur nomine, / ratione vero numquam.

Et utrum nomen albi vel ‘album’ quod est idem praedicetur de corpore. A transumpto. / **Dicitur enim corpus album** (49.14).

Alia vero omnia hoc est quaecumque sunt praeter primas substantias **aut dicuntur de primis(!) / substantiis aut in eis subiectis sunt. Hoc autem manifestum est ex his quae per singula ponentur** (49.15). Omnia alia / sunt ut animal, color, et cetera. Sed animal praedicatur de subiecta prima substantia et color est in subiecta / prima substantia. Unde longe remotam hanc infert conclusionem: **quare alia omnia aut de sub/iectis dicuntur primis substantiis aut in eis subiectis sunt** (49.21).

Et utrum animal praedicetur de prima substantia. A parte. / Si de aliquo homine, tunc de prima substantia; sed hoc est; ergo animal vel praedicatur de prima substantia.

Vel utrum animal / praedicetur de aliquo homine. A toto. Si de homine, tunc de aliquo homine; sed inquit **animal de homine praedicatur** (49.18); / **ergo inquit et de aliquo homine animal praedicatur** (49.18).

Quod rursus sic probat a contradictione. Aut verum est / de aliquo aut de nullo; nihil enim medium inter <contra>dictionarias. Sed non est verum de nullo homine ani/mal praedicari. Ergo verum est de aliquo praedicari.

Et utrum non verum sit de nullo praedicari. / A contradictione eius. Universali enim negationi tam infinita quam particularis contra/dicit affirmatio. Sunt enim plerumque aequipollentes, Boethio in Syllogismis et Apuleio¹⁸ **[104r]** in suo Periermenias comprobante. **Si** est, inquit, verum **de nullo** praedicari, non est verum **de homine** praedi/cari (49.19); sed est verum [est] infinite de homine¹⁹ praedicari; non est igitur verum de nullo homine animal praedicari. /

Rursus (49.20) (quasi ‘item’) haec eadem argumenta de colore dicemus. Si color est in aliquo corpore, tunc in prima / substantia; sed hoc est; ergo color est in `subiecta´ prima substantia.

Et utrum sit in aliquo corpore. A toto. **Est** enim, inquit, **color / in corpore** (49.20); sed quod est in corpore, est in aliquo corpore; **ergo** inquit **in aliquo corpore** (49.20) est color.

¹⁸ Apluleio] apubleio C

¹⁹ homine] hoe C

Quod item / a contradictione probat. Aut in aliquo aut in nullo; sed non est verum in nullo; ergo verum est in aliquo.

Et utrum / in nullo. Ab infinita contradictione. **Si non est in aliquo singulorum** (49.20) hoc est in nullo, nec verum est indefini/te de corpore; sed infinite esse in corpore verum est; non est igitur verum in nullo corpore colorem esse. /

Probato itaque quod omnia alia vel dicuntur de subiectis primis substantiis vel in eis sunt, sequitur talis illatio: **non ergo / existentibus primis substantiis impossibile, est esse aliquid aliorum** (49.23).

Sed quia unde descendit, non manifeste pateret, eundem repetit locum sic. **Omnia enim alia aut dicuntur de subiectis primis substantiis aut in eis sunt** (49.24); sed non existentibus primis substantiis, nec sunt illa quae de eis dicuntur nec ea quae in eis sunt; ergo non existentibus primis substantiis, impossibile / est esse aliquid aliorum. A partibus. Omnia enim alia in haec duo divisa sunt.

Secundarum vero substantiarum magis / substantia est species quam genus (49.26). A comparatione secundum affectionem. **Propinquior inquit enim est primae substantiae** (49.27) species quam genus; / sed quaecumque substantia propinquior est primae, magis substantia est; ergo species est magis substantia quam genus.

Et utrum species sit propinquior. / Ab effectu. Species enim, inquit, **evidentius** (49.28) et melius assignat primam substantiam. Sed quod evidentius et melius assignat / prima substantia, propinquius est ei; maior enim propinquitas causa est eiusque effectum melior assignatio. Ergo species est / propinquior primae substantiae quam genus.

Et utrum species melius assignet primam substantiam quam genus. A partibus speciei. Omnis enim / species aut specialissima aut subalterna; sed specialissima et subalterna melius assignat primam / substantiam quam genus; ergo species melius assignat primam substantiam quam genus.

Et utrum specialissima melius assignet quam / genus. A partibus. Si homo melius assignat aliquem hominem quam animal, tunc specialissima melius / quam genus; sed hoc est, ut ait **ut quendam hominem assignando** etc (49.29); ergo specialissima melius assignat quam genus.

Et utrum homo melius quam animal. A genere. Est enim, inquit, homo **magis proprium alicuius hominis**, / animal autem **communius** (49.31); sed quod est magis proprium, melius assignat quam quod est communius; ergo homo / melius assignat quam animal.

Et utrum subalterna species melius assignet quam genus. A partibus.

Si / arbor melius assignat aliquam arborem quam planta vel arbustum, tunc subalterna species me/lius quam genus; sed hoc est, ut ait **et si(!) aliquam arborem reddideris** etc (50.1); ergo subalterna species melius / assignat quam genus.

Amplius (50.2), subaudi: probabo quod species `est` magis substantia quam genus, a simili per proportionem. / **Sicut**, inquit, **primae(!) substantiae ad alia omnia se habeant, sic et species ad genus se habet**²⁰ (50.4). Sed primae substantiae pro ha/bitudine quam habeant ad alia, **maxime dicuntur substantia** (50.4). (Quae utraque praepostero ordine po/suit). Ergo et species est magis substantia quam genus, quod sic post longe apponit **quare et ex his** subaudi: / rationibus, etc (50.7).

Et utrum species sic se habeat ad genus ut primae substantiae ad alia. A parte. / Sic se habere; **subiacet enim species generi** (50.6).

Et utrum species subiaceat generi. A relativo. / **Genera**²¹ **namque de speciebus praedicantur, species autem de generibus**²² **non convertuntur** (50.6).

Quia vero quomodo / species ad genus se habet exposuit, non indebite quoque quomodo ad invicem sint, sic parat / ostendere. **Ipsarum vero specierum quaecumque non sunt genera, nihil magis alterum altero(!) / substantia est** (50.8). A partibus. Si homo non est magis substantia quam equus, tunc una species non est **|104v|** magis substantia altera specie; sed hoc est; ergo specierum, quae non sunt gnenera, non alia magis substantia alia.

Et utrum homo non / sit magis substantia quam equus. Ab effecto per ablationem. Est enim effectum magis subst`an`tie fami/liarius assignare primam substantiam. Si homo esset magis substantia quam equus, tunc melius assignaret aliquem / hominem quam equus aliquem equum; sed hoc non est, ut ait **nihil enim familiaris assignabis** etc (50.10); / ergo homo non est magis substantia quam equus.

Similiter autem et principalium substantiarum nihil magis alterum / altero(!) substantia est (50.11). A partibus. Nihil enim magis substantia aliquis homo quam aliquis bos; sed haec sunt primae substantiae; / ergo primarum substantiarum nihil magis alterum alteo substantia est.

²⁰ habet] h(abe)ant C

²¹ Genera + [enim] C

²² generibus] g(e)n(er)ebus C

Merito autem post primas(!) substantias species et genera sola secundae / substantiae dicuntur (50.14). Ab effecto. **Sola enim indicant** subaudi convenienter **primam(!) substantiam** (50.15). Sed quae sola indicant / convenienter primam substantiam, recte sola secundae substantiae dicuntur; est enim, ut dixi superius, secundarum substantiarum effectum / primas convenienter ostendere. Quae vero sola cuiuslibet effectum continent causae, recte quoque / sola obtinent causam, ut qui solus recte super gentes curam imponit, recte quoque solus ----- / appellatur. **Ergo** inquit longe post **merito hae solae** secundae **substantiae dicuntur** (50.21) scilicet species et genera.

Cum vero / dixerit quod solae indicant primam substantiam, ~~ipsu<m>~~ ~~etiam~~ ~~indicare, quod aliquis negaret oppositus,~~ a par/tibus sic ostendit. **Aliquem hominem** inquit **si quis assignaverit** (50.16), si speciem, id est hominem, vel genus, id est ani/mal, protulerit, convenienter assignabit; sed homo est species et animal genus; ergo species et genus convenienter / indicant primam substantiam.

Ne vero cum speciem et genus simul convenienter assignare dixerit, ex hac col/lacione quis aequae intelligat, tali praevent antipophora. Licet, subaudi dixerim, speciem / et genus simul recte indicare primam substantiam, speciem tamen assignans **familiarius demonstrabit²³ quam genus** (50.18) / assignans. A partibus. **Manifestius enim, inquit, faciet hominem assignando quam animal** (50.18); sed homo est / species, animal genus; ergo species melius assignat quam genus.

Probato itaque quod species et genus convenienter / indicant primam substantiam, ecce etiam probat opportune quod solae. Ab immediato. Aut haec solam aut / aliquae aliud; sed nihil aliorum convenienter assignat; ergo haec sola.

Et utrum nihil aliud conveni/enter assignet. A contrario. Si omnia alia inconvenienter, tunc nullum aliud convenienter; sunt / enim contraria ‘convenienter’ ‘inconvenienter’. Sed omnia alia inconvenienter, quod sic ait **aliorum vero quicquid / quilibet²⁴ assignabit(!), assignabit extranee** (50.19) id est inconvenienter. Ergo nullum aliud assignabit conveni/enter primam subsatantiam.

Quod autem alia assignant extranee, ostendit in partibus. **Ut album aut cur/rit aut quodcumque talium** (50.20).

Amplius (50.22) subaudi: probabo quod species et genus sunt

²³ demonstrabit] assignabit *a.c. C*

²⁴ quilibet] q(ui)d(em) *C*

secundae substantiae, a simili per propor/tionem, **sicut primae substantiae ad alia omnia se habeant** (50.23), ita species et genus. Primarum substantiarum habeant se post illas / ad omnia alia. Sed primae substantiae pro habitudine quam ad omnia habeant proprie substantiae dicuntur. (Quae utroque / ordine dixit praepostero). Ergo species et genus secundae substantiae recte dicuntur.

Et utrum species et genus sic **se / habeant ad reliqua omnia** (50.25) id est reliquis omnibus subiaceant. A relativo. **De his enim** inquit / **reliqua omnia praedicantur** (50.25).

Et utrum reliqua omnia praedicentur de his. A partibus. Omnia alia / sunt, ut grammaticum vel similia; sed grammaticum et similia praedicantur de homine specie / et animali genere; ergo reliqua omnia praedicantur de his.

Et utrum grammaticum praedicetur de / homine specie et animali genere. A parte. Nam, inquit (50.26), grammaticum praedicatur de aliquo homine; / sed quod de aliquo homine, hoc et de homine specie et animali genere; ergo grammticum dicitur de / homine specie et animali genere.

Divisione itaque substantiae patefacta, iam ad **|105r|** proprietatum descriptionem tempus est accedere. Sed quia contrarium ex contrario manifestatur lucidius, / ut in Isagogis Porphyrius, sic in his Categoriis Aristoteles communitates exponendas praemittit, / ut cum ad proprietatum traditionem venerit, ex sui contrarii praemisso tractatu, levior sibi patetur cogni/tio.

Unde sic incipit: **commune est omni substantiae in subiecto non esse** (50.28).

Quod sic probat a speciebus. Omnis substantia aut est prima / aut secunda; sed, inquit, prima **substantia non est in subiecto neque de subiecto dicitur** (50.28) (hoc ex collegio infert), secundo quoque / nulla est in subiecto; ergo nulla substantia est in subiecto.

Quod autem dicit de secundis constare **sic** (51.2) hoc est ex primis quas / in subiecto non esse dixit, quia si primae non sunt in subiecto, constat quoque de secundis.

Quod tamen iterum a speciebus sic / probat. Omnis secunda substantia est species aut genus; sed neque species substantia neque genus est in subiecto; ergo nulla secunda substantia / est in subiecto.

Et utrum species et genus substantia non sint in subiecto. A parte utriusque. Si homo et animal non sunt in sub/iecto, tunc neque species neque genus substantia. Sed, inquit, **homo in nullo subiecto est, similiter autem animal** (51.3); quod autem / dicit (51.5) ea de subiecto praedicari, ex

habundanti persequitur. Ergo species et genus substantia non sunt in subiecto. Quod autem / homo et animal in subiecto non sunt, probat ab hoc quod magis aliquibus videbatur sic. **Non enim in aliquo homine / homo est** (51.4) subaudi ut in subiecto, neque animal.

Amplius (51.6) subaudi: probavimus quod secundae substantiae non sunt in subiec/to. **Eorum inquit quae in subiecto sunt** (5.7) nunquam ratio²⁵ praedicatur de subiecto; sed secundarum²⁶ substantiarum ratio / de subiecto praedicatur; ergo secundae substantiae non sunt in subiecto. A genere; cum enim secundae substantiae sub genere sint, id est praedicato / ratione de subiecto, nullum praedicatum ratione est in subiecto. Vel a repugnanti; repugnat / enim secundas substantias praedicari ratione et in subiecto esse.

Et utrum secundarum substantiarum ratio praedicetur de subiecto. / A partibus. Sic, quia ratio speciei et generis.

Et utrum ratio speciei et generis praedicetur de subiecto. A partibus / utriusque. **Rationem namque inquit hominis praedicabis de aliquo homine et animalis** (51.9) similiter; sed homo est species et ani/mal genus; ergo ratio speciei et generis praedicatur de subiecto.

His ita rationibus intermissis, nunc demum primae / quaestionis infert conclusionem sic: **ergo non erit substantia eorum(!) quae in subiecto sunt** (51.10).

Non est autem proprium substantiae hoc (51.11) id est non esse / in subiecto. Convenit enim differentiis, quod sic ait **sed et differentiae illud est quod in subiecto / non est** (51.12), a repugnanti. Repugnat enim substantiae proprium esse hoc et differentiae convenire.

Et utrum differentiae non sint / in subiecto. A partibus. Si bipes et gressibile non sunt in subiecto, tunc differentia; sed hoc est, ut ait **bipes enim** / etc (51.13); ergo differentia non est in subiecto.

Quod autem dicit **non enim in homine est bipes neque**²⁷ **gressibile** (51.14), est argumentum simile / superiori, ubi dixit de homine et animali. Ubi subaudies oportet ut in subiecto.

Ratio quoque (51.15) hic / valet ac si diceret: amplius probo quod differentiae non sunt in subiecto, a genere vel repugnanti, ut dixi / de

²⁵ ratio + [de subiecto] C

²⁶ secundarum] s(e)c(un)daru C

²⁷ neque] (et) C

secundis substantiis. **Ratio differentiae** praedicatur de subiecto, hoc est quod ait **de eo dicitur de quo ipsa differentia praedicatur** (51.15); sed quod / praedicatur ratione de subiecto, non est in subiecto; ergo differentia non est in subiecto.

Et utrum ratio differentiae praedicetur / de subiecto. A parte. **Velut inquit si gressibile(!) de homine** praedicatur, etiam eius **ratio de homine praedicatur** (51.16), ubi / 'si' non est conditionale, sed iunctum indicativo affirmativum; gressibile vero est differentia; ergo ratio differentiae praedicatur / de subiecto.

Et utrum gressibile praedicetur de homine. A causa. **Est enim homo gressibilis** (51.17) inquit, cum sit esse causa²⁸ / praedicandi. **Non nos vero conturbent partes substantiarum quae ita sunt in toto quasi in subiecto. Non enim sic dicebantur** etc (51.19). / Haec est remotiva per expositionem antipophora.

Inest autem substantiis et differentiis ab his omnia univoce praedicari (51.21) / hoc est ut omnes substantiae et differentiae praedicatae univoce praedicentur. A partibus. **Omnia enim inquit quae ab his sunt praedicata** (51.22) hoc / est omnes substantiae et differentiae praedicatae **aut de individuis praedicantur** hoc est sunt species **aut de speciebus** hoc est sunt genera. / Quia vero aliquis miraretur omnes substantias praedicatas vel de individuis praedicari vel speciebus, cum Porphyrius (*Isag.* 13.21) dicat **[105v]** de uno solo individua praedicari, tali removet antipophora. **A prima substantia nulla est praedicatio** (51.23). A relativo. / **De nullo enim subiecto dicitur** (25.24). Sed quae praedicantur de individuis et de speciebus, hoc est quae species et genera <sunt>, praedicantur univoce. / Ergo omnes substantiae et differentiae praedicatae praedicantur univoce.

Et utrum quae praedicantur de individuis, hoc est species, et quae praedicantur de / speciebus, hoc est genera, praedicentur univoce. A definitione univoce. **Secundarum inquit substantiarum species praedicatur de individuo**, (51.24) / et **genus de speciebus et individuis** (51.25), subaudi nomine et in definitione; hoc est quod `longe` post aequipollenter apponit: **rationem** / quoque **suscipiunt primae** id est individuae substantiarum **specierum et generum, et species generis** (51.27). Et differentiae similiter praedicantur de speciebus et / individuis, subaudi nomine et definitione; hoc est quod longe post aequipollenter ponit: **similiter autem** / et **differentiae rationem suscipiunt species et individua** (51.29). Sequitur assumptio. Si quaecumque nomine et definitione

²⁸ causa] cau(!) C

praedi/cantur, univoce praedicantur; quod ait aequipollenter: **univoca autem sunt quorum et nomen commune est et ratio id est / definitio est eadem** (52.1). Ergo omnis substantia et differentia praedicata de individuis et speciebus, praedicatur univoce.

Sic interpositis / incidentibus locis, principalis haec subest conclusio. **Quare omnia quae a substantiis et differentiis sunt univocae / dicuntur** (52.2).

Omnis autem substantia videtur hoc aliquid significare (52.4). A partibus. Omnis substantia aut est prima aut secunda; sed **et in / primis** (52.4) et in secundis, inquit, videtur; ergo omnis substantia videtur hoc aliquid significare.

Licet autem in utriusque hoc videatur, / diversae tamen²⁹ in singulis est. In primis enim verum est. **In secundis vero** (52.6), licet videatur, ut in his exemplis **quando quis dixe/rit hominem vel animal, non tamen in quid est verum** (52.7) id est in hoc aliquid³⁰ significant, **sed** potius³¹ **aliquid magis quale** (52.8) hoc / est quod maiores habet qualitates. Cum enim nomina tam primarum quam secundarum substantiarum significant qualitates, / primarum tamen proprias, secundarum vero communes³², Prisciano (*Inst. gr. II, 57.1*) etiam testante, generales quae maiores sunt propriis / significant. Unde sic ait Aristoteles hominem et animal significare magis quale.

Quod autem homo et / animal non significant hoc aliquid, a causa per ablationem sic probat. Si hoc aliquid, id est unum, significant, non / quod significatur esset unum; est enim res causa quod vox significet. Sed, inquit, **subiectum** (52.9), id est quod significatur, non est / unum. Ergo homo et animal, id est voces, non significat unum, id est hoc aliquid.

Et utrum magis quale significet. A definitione. / Quicquid de pluribus dicitur, **significat magis quale** (52.7) id est universale, ~~eodem in Periermeniis~~³³ (*Ubi?*) testante.

Quia / dixit magis quale significare, ne quis hoc tantum putet, tali docet antipophora. **Non autem simpliciter quale quid / sicut album** (52.10). De quo sic probatur ab immediato. Si nihil aliud, tunc hoc

²⁹ tamen] t(natu)m C

³⁰ aliquid] aliq(u)it C

³¹ potius] posci(us) C

³² communes] nomina C

³³ Periermeniis] p(er)hiermenias C

tantum; sed, inquit, **nihil aliud significat / album quam qualitatem** (52.11); ergo tantum, id est **simpliciter** (52.10), significat qualitatem.

Quod vero homo et animal non simpliciter, a repugnantia sic probat. **Genus**, inquit, id est animal, **et species** id est homo, significant **qualitatem circa substantiam** (52.12); sed quod significat qualita/tem cum³⁴ substantia, non significat simpliciter qualitatem; ergo homo et animal non simpliciter significant qualitatem.

Quod autem / qualitatem cum³⁵ substantia significant, sic probat ab effectu, quia **quale**³⁶ **substantiam significant** (52.13); est enim qualis s(ubstantia) effecum / qualitatis in substantia.

Ne quis vero quod simul genus et speciem significare dixit aequaliter putet, tali docet antipophora. / **Plus autem in genere quam in specie determinatio fit** (52.13). A partibus, quia animal plus significat quam homo.

Et utrum / animal³⁷ plus quam homo. Ab effectu. **Dicens enim animal plus complectitur quam hominem** (52.14). Sicut enim res est causa vo/cis, sic vox est causa quod dicens significet.

Inest autem substantiis et id est etiam nihil illis esse contrarium (52.16). A speciebus. / Omnis substantia aut est prima aut secunda. Sed primae substantiae nihil est contrarium, quod per interrogativam³⁸ affirmationem sic / ait: **primae enim substantiae quid erit contrarium?** Tantum enim plerumque valet per interrogationem affirmatio / quantum per confirmationem negatio, ut 'quis Longobardus est audax?' quasi nullus. Secundae quoque substantiae / nihil est contrarium. Ergo substantiae nihil est contrarium.

De prima substantia sic probat a parte. **Alicui homini inquit nihil est contrarium** (52.17); sed aliquis homo est prima substantia; ergo primae substantiae nihil est contrarium.

De secundis quoque sic. Omnis **|106r|** secunda substantia aut est species aut genus; sed speciei et generi substantiae nihil est contrarium; ergo secundae substantiae nihil est contrarium.

Et utrum speciei / et generi. A parte utriusque. **Nec homini inquit nec animali est aliquod contrarium** (52. 18); sed homo est species et

³⁴ cu(m) s(ubstantiam) sic C, sed fortasse circa s(ubstantiam) legendum?

³⁵ cu(m) s(ubstantiam) sic C, sed fortasse circa s(ubstantiam) legendum?

³⁶ quale] q(ua)le(m)

³⁷ animal] anm() P

³⁸ interrogativam] i(n)terrogiva(m) C

animal genus; ergo speciei et generi / substantiae nihil est contrarium.

Non autem substantiae proprium hoc (52.18) id est contrarium non habere. A repugnanti. Nam aliis, inquit (25.19), multis / convenit, quod repugnat ad hoc ut substantiae proprium sit.

Et utrum aliis. A parte. Nam, inquit, **quantitati** (52.19) convenit.

Et utrum quan/titati. A partibus eius. **Bicubito** inquit **nihil est contrarium, nec decem nec alicui talium** (52.20); sed hae sunt quantitates; / ergo quantitati nihil est contrarium.

Quia vero quaedam et quantitates et contraria videbantur, ~~improprium~~ ~~servans locum~~, / tali utitur exceptione, ne **quis multa paucis dicat esse contraria** etc (52.21). De illis vero unde nihil extat / dubii, sic confirmat, dicens: **determinatorum nullum ulli est contrarium** (52.22) et **nulli** ullum est contrarium.

Videtur / autem substantia non suscipere magis aut minus (52.23). Quia vero multa quae non sunt, probabilitatem tenent, affirmando / exsequitur sic: **dico autem** id est affirmo **hoc** (52.23) scilicet quod videtur.

Quia vero in quibusdam accidentibus augetur et minuitur / substantia, in sui vero natura immutabilis constat, gemina scilicet remotiva primum. Post vero expositiva utitur an/tipophora. Remotiva sic: **non** subaudi dico **quia substantia non est a substantia magis et minus** (52.24). Hoc enim dictum erat superius. / Expositiva sic: **sed quoniam u`n`aqueque substantia hoc ipsum quod est non dicitur magis et minus** (52.25). A parte substantiae.

Ut est inquit **haec substantia homo / non est magis et minus homo** (52.26). Quod sic probat a partibus esse vel recipiendi magis et minus. Quicquid recipit / magis et minus, vel a se vel ab alio; sed, inquit, homo³⁹ **neque ipse a se neque alter ab altero** (52.27); ergo homo non recipit magis et minus. /

Quia vero quod homo in grammatica vel alio accidente recipit a se et ab altero magis et minus posset quilibet / ambigere, expositiva docet sic antipophora non sic esse hominem magis et minus hominem, sicut album / magis et minus album et ab altero et a se ipso.

Et utrum album magis et minus recipiat a se. A parte albi, ubi dicit / **corpus album** (52.29), et a partibus recipiendi magis et minus a se quae sunt nunc et prius, quod sic ait **ut corpus, cum sit album, / magis nunc est album quam prius** (52.29).

³⁹ homo] ho C

Et cum candidum sit, magis et minus candidum dicitur (52.30).
 Similis exempli attributio. /

Substantia vero non dicitur (52.31). Repetita assertio. A parte substantiae et recipiendi magis et minus, ubi dicit nunc et prius. / **Nihil⁴⁰ enim homo magis nunc dicitur homo quam prius (52.31);** sed homo est substantia; ergo substantia non recipit magis et minus, hoc est quod dicit **qua/propter non recipiet substantia magis et minus (53.2).**

Maxime vero <substantiae> proprium videtur esse quod, cum unum et idem sit numero, / susceptibile sit contrariorum (53.3). A definitione.

Quod omni et non alii adest, est maxime proprium. **Sed in aliis / non habebit quisquam quid proferat, quaecumque non sunt substantiae (53.4)** hoc est alii nulli convenit, ut unum et idem numero / suscipiat contraria.

Et omni substantiae convenit. Hoc est quod indefinite ait: **substantia vero cum unum et idem / sit numero, capax est contrariorum (53.9).** Aliquando enim <indefinita>, ut⁴¹ Boethius in syllogismis et Apuleius in Perihermeneias ait, pro universali accipitur. **Quare, inquit in fine tractatus, maxime proprium est(!) substantiae quod, cum unum et / idem sit numero, susceptibile(!) est contrariorum (54.13).**

Et utrum nulli alii conveniat. A partibus aliorum. **Velut / color inquit quod est unum et idem numero, non erit album et nigrum, nec(!) eadem actio et una numero erit / prava et studiosa; similiter autem et in aliis quaecumque non sunt substantiae (53.6).** Ergo nulli alii convenit.

Omnis vero substantia, ut ipse⁴² / ait, indefinitam ponens pro universali, convenit. A partibus. **Ut quidam homo, cum unus et idem sit numero, / aliquando fit niger, aliquando albus, aliquando calidus, aliquando frigidus, et pravus et studiosus (53.10); /** sed quidam homo est substantia, et album et nigrum et cetera sunt contraria; ergo substantia una et eadem numero susceptibilis est / contrariorum.

Probato itaque quod omnis substantia una et eadem numero recipit contraria, et quod nulli convenit / alii, quia tantum quibusdam ut orationi et opinioni, quae ipse subiungit, hoc etiam competere videbatur, / repetit

⁴⁰ Nihil] Neq(ue) C

⁴¹ *Neither Boethius nor Apuleius assert it, but that indefinite propositions is accepted as particulars.*

⁴² Qui???

universaliter quod prius dixerat, scilicet nullis aliis convenire, ut quae videntur removeat, **[106v]** sic: **in aliis autem nullis aliquid tale videtur** (53.12), ne quis opponat orationem et visum, quae videntur / recipere contraria.

Et quod videatur, a partibus probat contrariorum. Eadem, inquit (53.14), oratio et visus videntur / recipere veritatem et falsitatem; sed haec sunt contraria; ergo eadem oratio et visus videntur recipere contra/ria.

Cuius propositio probatur a parte, sic. Si ‘sedet quidam’ est vera dum ipse sedet, et falsa cum surrigit, / tunc eadem oratio videtur vera et falsa; sed hoc est, ut ait **veluti si vera sit oratio** etc (53.15); ergo eadem / oratio vera videtur esse et falsa.

Similiter autem (53.16) a parte **et de opinione** subaudi possumus proba/re, sic: **si quis enim** etc (53.16); sed quia, cum superiori similitudinem tenet, esset expolire superfluum.

Sic probato / quod his videatur convenire quod tantum substantia adesse dicebat, tali clipeo contra pugnantis ictum de/vitat, sic: **si quis** inquit **hoc suscipiat, tamen⁴³ differt modo** (53.18). A parte modi. **Nam** inquit **quae in substantia sunt** (53.18)/ id est ipsae substantiae, sicut idem in Perihermenias (1, p. 5.6 etc) ait “*ea quae sunt in voce id est voces*”, per sui mutationem recipiunt contra/ria; oratio autem et opinio, ut longe post infert, non mutantur (53.23). Sed hic est divisus modus. Ergo differunt modo. /

Et utrum substantia recipiat contraria per sui mutationem. A partibus contrariorum. Substantia recipit calorem / et frigus per sui mutationem, hoc est quod aequipollenter ait] **frigidum `enim`** etc (53.19); sed haec sunt contraria; ergo substantia recipit / contraria per sui mutationem.

Et utrum substantia recipiat calorem et frigus per sui mutationem. A specie mutationum. / **Alterum enim factum est** (53.20) hoc est per alterationem recipit; sed alteratio est mutatio; ergo per sui mutationem recipit. /

Similiter autem (53.21), inquit, et alia per sui mutationem recipiunt contraria.

Et utrum oratio et opinio maneant / immobilia ad recipienda contraria, id est recipiant contraria non per sui mutationem. A repugnanti. / **Cum res** inquit **movetur** id est per rei motum fit, **contrarium circa** (53.24) orationem et opinionem; sed si per rei motum / recipiunt, tunc non per sui motum, id est mutationem; ergo oratio et opinio non recipiunt contraria per sui mo/tum. Repugnat enim per sui et per rei motum.

⁴³ tamen] t(antu)m P

Et utrum oratio maneat immutabilis. A parte orationis. / **Oratio namque**, inquit, quae est ‘sedet aliquis’ **permanet eadem** (53. 24) id est immutabilis.

Et utrum per rei motum recipiat / contraria. A partibus contrariorum. **Cum** inquit **res movetur(!)**, **aliquando fit vera, aliquando falsa** (53.25) ‘sedet / aliquis’; sed verum et falsum⁴⁴ sunt contraria; ergo oratio recipit contraria per rei motum.

His ita interpositis rationibus, nunc demum sequitur primae quaestionis conclusio, a definitione sic. **Quapropter** (53.27), id est quia, omnis substantia / convenit et nulli alii **modo**, id est solum, **est proprium substantiae quod secundum suam mutationem** recipiat contraria (53.27).

Sic ergo / substantiae proprio ab oratione et ceteris per differentiae supplementum disiuncto, iam eadem remota differentia / sine cuiuslibet additamento vult prorsus excludere, sic. **Si quis etiam haec** (54.1) id est sine adiunctione / simpliciter dicat orationem recipere contraria, **non est verum** (54.3).

Et utrum sit verum dicere. A causa / per ablationem. Si esset verum dicere, tunc ipsa reciperent; est enim vere recipere causa cur / vere dicatur. Sed, inquit, haec non **dicuntur susceptibilia contrariorum** (53.4) ut ipsa recipiant. Ergo non dicuntur vere / susceptibilia contrariorum. **Sed eo quod circa alterum** etc (54.5), expositio quare dicuntur.

Quae expositio / a parte alterius et partibus passionis, id est mutationum quae sunt esse et non esse, sic probatur a partibus contrariorum. Si in eo quod res est et non est, dicitur oratio vera et falsa, tunc per alterius passionem, id est mutationem, dicitur / susceptibilis contrariorum; sed hoc est, ut ait **nam in eo quod res est** etc (54.6); igitur oratio dicitur susceptibilis / contrariorum per alterius passionis.

Et utrum oratio recipiat contraria. Quod negavit superius, a genere. / Quicquid recipit contraria, movetur; sed inquit universaliter, id est **simpliciter** (54.8), nulla oratio movetur; ergo non recipit contraria.

Unde abest genus, id est motus, inde ‘et’ species, id est recipere contraria. Quam conclusionem sic in|107r|tulit: **quapropter non erunt oratio et opinio susceptibilia contrariorum** (54.8). Repetitio loci a genere. **Cum nulla in eis passio** id est mutatio vel motus **facta⁴⁵ est** (54.9).

Asserto itaque quod nulli alii competat, iam repetit / quod omni

⁴⁴ falsu(m)] falsa a.c. C

⁴⁵ facta] fact(us) C

substantiae convenit, sic: **verum substantia** etc (54.10), ut manifestior procedat conclusio haec. **Quare**, id est quia, nulli / et omni convenit, **proprium erit substantiae** etc (54.13).

Quod autem dicit substantiam per sui motum recipere contraria, a partibus eorum probat. / **Languorem enim et sanitatem** etc (54.11).

De substantia haec dicta sufficiant (54.15).

<Cap. 6>

<P>rimo igitur praedicamentorum sic designato, ad secundum, / id est quantitatem, sic parat accedere: **quantitatis autem aliud est continuum** etc (54.12). Quae / idcirco prioritatem obtinuit, quia natura quoque cetera cuncta praecedit. Cum enim substantia omnibus sine / quaestionis obstaculo praesit, corporalis autem substantia sine quantitate quae corpus solidum vocatur subsistere / nequit, recte illud, id est quantitas, subsecuta substantiam ceteris praevadit omnibus.

Unde talia sequuntur argumenta. / Si numerus est discreta, tunc quaedam quantitas est discreta; sed hoc est, ut ait (54.20); ergo quaedam quantitas est discreta.

Et utrum quaedam / sit continua. A partibus. Si linea, superficies, corpus, et praeter haec tempus et locus sunt continua, tunc quaedam quantitas est continua. Sed hoc est, ut ait (54.20), licet divide, quod ideo facit quia quae postremum annumerat non prius inter quantitates ab aliquo sita, ipse sua auctoritate fretus apponit. Ergo quaedam quantitas est continua.

[54.22]

Et utrum numerus / sit discretus. A definitione. **Partium etenim** inquit **numeri nullus est communis terminus ad quem** / copulentur (54.22); sed cuius partes ad nullum communem terminum copulantur, discretum est; ergo numerus / discretus est.

Et utrum partes copulentur. A parte numeri et eius partibus. **Ut** inquit **quinque et quinque** (54.23) / quae sunt decem partes, **et tres et septem ad nullum terminum** (55.1) copulantur.

Quod autem copulata non sunt aliquo termino, / a contrario probat, quia semper sunt discreta et separata. Sed quae semper discreta sunt, nunquam copulantur; sunt enim contraria separata et copulata. Ergo quinque et quinque et cetera non copulantur communi termino.

Nunc de/mum sequitur illa quam dixi conclusio. **Quapropter**

numerus est discretorum (55.3).

Similiter autem oratio discre/ta(!) est (55.4). Quia quis miraretur cur dicat discretam, cum non constet esse quantitas, tali occurrit antipophora. / **Quod enim**⁴⁶ **oratio est quantitas, manifestum est** (55.5) a proprio et a pari. Oratio mensuratur longa et brevis; sed mensu/ratur longum et breve, subaudi per se quod est; ergo oratio est quantitas.

Et utrum oratio mensuretur. A minutis / partibus sic. Mensurantur enim syllabae longae et breves.

Ne quis vero dicat intellectum compositum / orationem, tali docet antipophora. **Dico autem orationem prolatam** id est quod profertur **cum voce** (55.6). /

Oratione igitur quantitate probata, discretam a definitione sic probat. **Ad nullum enim terminum par/ticulae eius copulantur** (55.7); sed cuius partes ad nullum terminum copulantur, discretum est; ergo oratio dis/creta est.

Et utrum partes orationis non copulentur. minutis partibus. **Non est enim** inquit **commnis ter/minus ad quem syllabae copulentur** (55.8).

Et utrum syllabae copolatae sint. A contrario. **Sed** inquit **unaquaeque di/visa est secundum se ipsam** (55.9); quod autem divisum est, non est copulatum; ergo syllabae non copulantur.

Linea vero / continua est (55.9). A definitione. **Potest enim** inquit **sumere communem terminum, ad quem eius particulae copulantur** (55.10).

Et utrum eius partes copulentur ad terminum. A parte. Qui, inquit, **ad punctum et / superficiei** subaudi partes copulantur [a] **lineam** (55.11).

Et utrum superficiei partes. A transumpto. / **Plani**⁴⁷ **namque particulae** (55.11).

Similiter autem inquit **et in corpore poteris sumere communem terminum** (55.12). / A partibus. Ut **lineam** vel **superficiem** (55.13).

[55.14]

Est autem talium scilicet continuorum **tempus et locus** (55.14).

Et utrum tempus sit / continuum. A definitione. Nam eius partes copulantur ad medium.

Et utrum eius partes copulentur **|107v|** ad medium. A partibus

⁴⁶ enim] n(on) C

⁴⁷ Plani] Plane C

partium et a parte medii. **Praesens enim inquit copulatur ad praeteritum et futurum** (55.15), quod est / dicere: praeteritum et futurum copulantur praesenti.

Rursus locus continuorum est (55.16). A definitione. **Ad unum enim communem / terminum suas particulas continuant**⁴⁸ (55.21), quod longe post apponit.

Et utrum partes loci copulentur ad terminum. A parte termini, quia ad eundem ad quem partes corporis.

Et utrum ad eundem ad quem partes corporis. A causa. Locus enim, inquit (55.16), obtinetur a partibus corporis, et corpus a partibus loci; quod post in conclusione perse/quitur. Sed quaecumque alternatim obtinent sese, ad eundem recte terminum copulantur. **Ergo inquit loci particulae / quae obtinent singulas corporis particulas** (55.18), quod in propositione dimiserat, **copulantur ad eundem terminum / ad quem et corporis particulae** (55.19); est enim causa se invicem alternatim obtinere ad eundem terminum copulandi. /

Nunc demum sequitur principalis de loco conclusio: **quapropter continuus**⁴⁹ **erit locus** (55.20). Quia vero propter longam intermis/sionem intulerat, locum unde descendit subinfert: **ad unum enim communem terminum suas particulas / continuant**⁵⁰ (55.21).

Amplius autem hoc est aliam quantitatis divisionem tractabimus **alia quidem constan't ex partibus / habentibus positionem** (55.22). <----->.

<Utrum quaedam quantitates constant a partibus habentibus positionem. A partibus. Constant namque ex partibus habentibus positionem> et planum et soliditas; sed haec quantitates sunt; ergo quaedam quantitates constant ex partibus habentibus positionem.

Et utrum partes lineae habeant positionem⁵¹. A definitione habere positionem. **Singulum / namque inquit iacet alicubi ut habeas unde assignes unum quid ubi situm sit** (55.25); sed hoc est habere positionem; ergo partes lineae habent positionem.

Quod idem argumentum et in plani partibus apponit (56.3).

Et utrum quaedam quantitates constant a / partibus non habentibus positionem. A partibus, quia, inquit (56.3), partes numeri non habent

⁴⁸ continuant] c(on)tinuat C

⁴⁹ continuus] co(m)munis C

⁵⁰ continuant] c(on)tinuat C

⁵¹ positionem] psit() C

positionem nec⁵² temporis nec / orationis; sed hae sunt quantitates; ergo quaedam quantitates constant ex partibus non habentibus positionem.

Et utrum partes numeri habe/ant positionem. Non. A definitione per ablationem, quia, inquit, ~~nullus videtur~~ quomodo singulum **situm sit aut**⁵³ / **particulae ad se invicem connectantur** (56.5); sed unde hoc abest, inde et positionem⁵⁴; ergo partes numeri non habent / positionem.

Et utrum partes temporis. Non. A repugnanti vel genere. Non enim permanent partes temporis; quod autem / non est permanens, **quomodo positionem habebit?** (56.8), quasi non; ergo partes temporis non habent positionem. Ubi permanere / repugnat ad habere positionem. Vel si a genere dicatur, non permanens erit genus temporis et ceterorum.

Sed ma/gis id est potius⁵⁵ **ordinem** quam positionem **dices habere** (56.8). A partibus ordinis, quia, inquit, hoc est **prius et aliud posterius** (56.9); / sed hic est ordo; ergo partes temporis habent ordinem.

Sed et de numero similiter (56.10). A partibus numeri et ordinis, / **eoquod prius numeretur unus quam duo et duo quam tres** (56.10).

Et ita quemadmodum dixi de uno, duobus / et tribus **ordinem quendam habebunt** continui numeri, **positionem vero non multum** id est nullatenus **percipias(!)** (56.11). Repetita / assertio.

Sed et oratio similiter (56.12) id est non habet positionem. A repugnanti vel genere. **Nihil enim permanent** (56.13) partes / eius; sed quod non permanet, non habet positionem; ergo partes eius non habent positionem.

Et utrum partes orationis perma/neant. Ab effecto per ablationem, quia, inquit, ut **dictum est, non potest amplius sumi** (56.13); sed si permanent, / posset sumi, est enim permanere causa quod possit⁵⁶ sumi; ergo non permanent.

Quapropter, inquit, id est quia non perma/nent, **non erit position partium eius** (56.14). Cui repetendo subinfert locum **si quidem nihil permanet** (56.15). /

His omnibus intermissis, sequitur principalis secundae divisionis

⁵² nec] ne c(um) C

⁵³ aut] (ve)lut C

⁵⁴ positionem] posit() C

⁵⁵ potius] posci(us) C

⁵⁶ possit] poss& a.c. C

conclusio probata a partibus. **Alia itaque** / subaudi quantitatum **constant ex partibus** habentibus **positionem, alia non** (56.15).

Proprie autem quantitates hae solae / sunt quas diximus (56.18). Ab immediatis. Aut hae solae aut aliae; sed nullae aliae; quare, inquit longe / post **solae proprie et secundum se** (56.25). Effexegesis⁵⁷: **proprie ipsae quantitates dicuntur quae sunt dictae** (56,25).

Et utrum nullae aliae / sint proprie, id est secundum se. A contrario. Omnes enim aliae sunt **secundum accidens** (56.19) id est per aliud; sed quod per aliud / est, non est per se; ergo nullae aliae sunt proprie, id est per se.

Et utrum aliae sint secundum accidens, id est per aliud. **[108r]** A parte per aliud. Omnia enim, inquit, quae quando dicuntur, per has, id est per proprias, dicuntur; sed quod per istas dicitur, per alias / dicitur; ergo aliae quantitates secundum accidens, id est per aliud, dicuntur.

Et utrum aliae quantitates dicantur per proprias. A partibus aliarum / et propriarum. Si album dicitur quantitas per superficiem et actio et motus per tempus, tunc aliae quantitates dicuntur per proprias; sed haec ita / dicuntur per illas, et hoc est quod dicit **multum et longum** (56.21) quae sunt quantitatum mensurae; ergo alia dicuntur quantitas per proprias.

Nihil / **enim horum per se quantitas dicitur** (56.21). Haec remota adversariorum contra positionem antipophora est dicentium / falsum esse quod haec per illas dicantur, cum per se quantitates consistant.

Et utrum actio dicatur longa per tempus. A specie / longae. **Ut si quis assignet quanta sit actio, tempore definiet annuam** (56.22); sed annum species est longi; ergo definitur longa per tempus.

Et utrum album dicatur multum per superficiem. A toto. Quanta superficies fuerit, / tantum esse album dicit; sed superficies est aliquando multa; ergo album dicitur multum per superficiem. Ubi enim / totum est universaliter ut in album dici quantacumque fuerit superficies, ibi `eius` quaelibet sequitur pars, ut etiam album multum dicatur, sicut superficies.

Nunc demum sequitur illa principalis quam dixi conclusio: **quare** etc (56.25). Cui / eadem praedicta subiungit loca, sic. Aut hae solae aut aliae aliquae; sed **aliorum** `inquit` **nihil est per se** (56.26); ergo hae solae. Ab immediato.

Et utrum aliorum nihil per se. A contrario. **Sed inquit per**

⁵⁷ Effexegesis] Effe[c]xegesis C

accidens (26.26) id est per aliud. Sunt <enim> contraria per se et / per aliud dici.

Amplius subaudi de quantitate tractabo **quantitati nihil est contrarium** (57.1).

Ne quis vero sibi inclamet / ad hoc pro quorundam ambiguitate quae et quantitates et contraria licet non sint videbantur ~~tali determinatione / illorum utitur translatione~~: **in definitis autem** id est ceteris quantitatibus.

Nihil est contrarium (57.2). A partibus. [Vt] **bicubito / vel tricubito** et ceteris **nihil est contrarium** (57.3); sed hae sunt definitae quantitates; ergo definitis quantitatibus nihil est contrarium.

Illa autem / de quibus dubitabatur, nominatim sic excipit: ne **quis multa paucis et magnum parvo dicat esse contraria** (57.3). / Sed si etiam haec aliquis obponat, non est nocens obiectio. **Nihil enim `horum´** inquit **quantitas est, sed magis** id est potius **ad aliquid** (57.4). /

Et utrum magnum et parvum sint quantitates. A repugnanti vel genere. **Nihil enim** inquit **per se magnum** vel parvum **dicitur** (57.5). Sed quod per se / non dicitur, non est quantitas; omnis enim quantitas per se dicitur. Ergo magnum et parvum non sunt quantitates. Ubi repugnant haec esse quantitatem et non dici per se. / Vel non dictum erit per se genus magni et parvi et ceterorum multorum; quia vero nihil est quantitas quod sit `non´ dictum per se, sic / erit argumentum a genere.

Et utrum sint ad aliquid. A descriptione ad aliquid, quia, inquit, referuntur **ad aliquid** (57.5) / (ubi ‘ad’ et ‘aliquid’ duae dictiones, superius vero una est intelligenda; sed quod ad aliquid refertur, ad aliquid est; / ergo magnum et parvum sunt ad aliquid.

Et utrum referantur ad aliquid. A partibus. Si mons parvus et milium magnum referuntur ad alia sui generis, tunc magnum et parvum referuntur ad aliud vel ad aliquid; sed hoc est, ut ait / **nam mons quidem parvus** etc (57.6); **ergo** inquit **ad aliud est `eorum´ relatio** (57.8) hoc est ergo ea, id est magnum et parvum, referuntur ad aliud.

Ex duobus itaque quorum alterum affirmavit, scilicet quod ea ad aliud referuntur, alterum negavit, scilicet / ut dicantur per se, sic probat a partibus. **Nam si per se** inquit **magnum et parvum dicerentur**, tunc **mons nunquam diceretur parvus / nec milium magnum** (57.8). Ubi haec consequentia per subintellectum veri accipit, ut si dicam: si animal est sensibile, tunc / arbor et lapis non sunt animalia. Et est inter repugnantia consecutio, vel inter genus et speciem. Similiter cum dicit ‘si magnum / et parvum generaliter, inquam, diceretur per se, tunc mons nunquam diceretur

parvus nec milium magnum', subaudi: / cum ipsa non possint dici per se. Sed mons dicitur parvum et milium magnum, subaudi: et non per se. Ergo magnum et parvum non dicitur per se.

Huic / autem simili argumento probat de multo et paucio. Si multi vel plures homines in vico et pauci in / civitate dicuntur (subaudi 'et non per se'), tunc multum et paucum non dicitur per se; sed hoc est, ut ait **rursus in vico quidem / plures** etc (57.10); ergo multum et paucum non dicitur per se.

Amplius (57.12) subaudi: probabo quod haec `non` sunt / quantitates. Ab effecto. Si magnum et parvum et multum et paucum (res ipsas intellige) |108v| essent quantitates, tunc 'magnum' et 'parvum' et cetera nomina, inquam, significarent quantitates. Inter effectum et causam. Nam quod est quaeli/bet res, est causa quod⁵⁸ suum nomen significet, ut rem quantitatem esse est causa ut eius nomen significet quantitatem, / et ceteris similiter. Sed **magnum et parvum**, inquit, etc, scilicet nomina, **non significant quantitates** (57.13). Ergo magnum et parvum et cetera (ipsae res) / non sunt quantitates. Unde abest effectum, et inde causa.

Cum autem superius diximus "si magnum et parvum sunt quantitates, tunc sua nomina significant quantitates", intelligebatur hoc quod omnis quantitatis nomen significat quantitatem, ut verum est. Quod / sic probat a partibus. **Bicubitum inquit vel tricubitum et unumquodque talium significat quantitatem** (57.12); sed haec nomina quantitatum sunt; ergo nomina quantitatum significant quantitates.

Probato itaque quoniam non sunt quantitates, asserit repe/tendo quod voluit sic. **Sed magis** id est potius⁵⁹ **ad aliquid** (57.14), cui locum longe supra positum a definito / subiungit, **quoniam** inquit **ad aliud spectat magnum et parvum** (57,14); sed quod ad aliud spectat, ad aliquid est; / **quare** inquit **manifestum est quoniam haec sunt ad aliquid** (57.15).

Amplius (57.16) subaudi: de magno et parvo cete/risque tractabimus. **Sive aliquis ponat haec esse quantitates sive non, nihil** (57.16) tamen nostrae propositioni qua / diximus q(uantitates) non esse contrarium obstavit, cum nec istis sit quicquam contrarium.

Quod sic probat a <re>pug/nanti vel a genere. **Quod enim** inquit **non potest sumi per se, sed ad solam alterius refertur relationem, quomodo / habebit contrarium?**; quasi non; sed magnum et parvum non

⁵⁸ quod] q(ui)d C

⁵⁹ potius] posci(us) C

potest sumi per se; ergo non sunt contraria. Ubi repugnantia sunt contraria esse et non sumi per se. Vel si sit a genere, non dictum per se dicitur eorum genus.

Amplius / autem (57.19) subaudi: probabimus quia non sunt contraria. **Si erunt magnum et parvum contraria, continget idem ipsum simul contraria recipere** (57.19). **Et** quasi amplius, si erunt magnum et parvum contraria, continget **ea ipsa sibimet esse / contraria** (57.20).

Quam utramque consequentiam unde vim gerat, non facile monstrantem, a partibus sic ostendit. / Si idem ipsum simul recipit magnum et parvum, tunc idem recipit contrarium si ipsa sunt contraria; sed, inquit, **contingit / idem simul esse magnum et parvum** (57.21) hoc est recipere magnum et parvum ut recipere tunicam et esse tunicatum; ergo si magnum et parvum sunt contraria, / contingit idem simul contraria recipere.

Et utrum idem sit vel recipiat magnum et parvum. A partibus esse vel reci/piendi. **Est enim** inquit **aliquid ad hoc quidem parvum, ad aliud vero hoc idem ipsum magnum** (57.21); sed quicquid est ad hoc parvum et ad / aliud magnum, est parvum et magnum; ergo **idem ipsum parvum et magnum esse contingit et in eodem tempore** (57.23), ubi 'ergo' per **quare** (57.23) designatur. /

Quo illato priorem infert quam dixi conclusionem. **Quare**⁶⁰ **simul idem contraria recipit(!)** (57.24) subaudi: si magnum / et parvum sunt contraria.

Probata igitur hac propositione 'si magnum et parvum sunt contraria, contingit idem simul contraria / recipere', sic assumit destruendo consequens, ut antecedens quoque perimatur. **Sed nihil est quod videtur / simul posse recipere(!) contraria** (57.24). **Non est igitur** inquit longe post, **magnum et parvum contrarium nec multum exiguo** (57.30). / Maxima propositio: destructo consequenti, et antecedens. A consequenti est argumentum. Vel, ut spec----- / dicam, a repugnantia. Sunt enim contraria idem recipere contraria et non recipere; sub eo vero quod est idem recipere contraria, est magnum et parvum esse contraria, quod alteri parti repugnat, ei scilicet idem non recipere / contraria.

Et utrum idem possit simul contraria recipere. Quod dixi consequens destruendo, a parte / maiori. Quia, inquit, **substantia** (57.25) cui prae ceteris inest ut recipiat contraria, nunquam tamen simul **recipit** / sanitatem et aegritudinem, nec aliqua alia. Maxima propositio: quod in maiore, et in

⁶⁰ quare] Qua re(m) C

minore; <ergo> **nihilque** / inquit **aliud simul contraria suscipiet**⁶¹ (57.27).

Probato itaque per consequentiam primam quoniam haec non sunt contraria, / per aliam quoque secundam, scilicet confirmando, progreditur sic. **Et eadem sibi ipsis contingit esse / contraria** (57.27) subaudi: si magnum et parvum sunt contraria. A partibus igitur suam conse/quentiam confirmat. **Nam** inquit **si est magnum parvo contrarium** (57.28), et si **idem** **[119r]** **simul est magnum et parvum**, tunc idem **ipsum erit sibi contrarium** (57.28); sed hoc manifestum est quod idem est simul magnum et parvum; ergo si magnum et parvum / sunt contraria, idem ipsum erit sibi contrarium.

Manifestum igitur propositione hac ‘si magnum et parvum sunt contraria, tunc idem / erit sibi contrarium’ definit consequens sicut superius, ut antecedens quoque stare non possit sic. **Sed** inquit **in/possibile est ipsum sibi esse contrarium** (57.29). **Non est igitur magnum parvo contrarium neque multum exiguo** (57.39). A consequenti vel repug/nanti, ut in priori consequentia. **Quare**⁶², inquit, id est quia, **haec** (58.1), quae videbantur maxime, ‘non sunt’ contraria.

Si etiam haec, / id est magnum et parvum, nullus dicat relativa, **tamen quantitatis nihil contrarium habebit** (58.2). Quod enim ubi magis videtur non est, / nec ubi minus videtur erit; sed hoc non est, id est magnum et parvum ubi magis videtur, si etiam relativa non sint sed quantitates; / ergo in nulla quantitate est contrarium.

Maxime autem circa locum videtur contrarietas quantitatis (58.3). Quod probat a speciebus loci / secundum eos quibus videbatur. Sursum enim et deorsum contraria ponunt; sed haec dicunt esse species loci; ergo locus / vel quantitas secundum locum habet contrarium.

Cuius expositio subsequitur talis: **eoquod multa** etc (58.5).

Hoc / autem, licet ita videatur aliquibus ut dixit, non tamen est verum. Nec enim illa sunt quantitatis nec loci species, sed alterius⁶³, / inquam, praedicamenti quod est ubi. Quod recte intuentis sollertiam non latebit.

Videntur autem et aliorum contra/riorum definitionem ab his proferre (58.6) hoc est quod haec, scilicet sursum et deorsum, aliis contrariis defini/tionem dare. A parte definitionis. **Quae enim** inquit **multum a se invicem distant** (58.8) in eodem genere, contraria / dicunt. Sed hoc est ad similitudinem sursum et deorsum, quae sub loco genere esse dicentes multum distare vide/bant. Qui cum in attributione generis non

⁶¹ suscipiet] suscip(it) C

⁶² Quare] Qua re(m) C

⁶³ alterius] alti(us) C

mediocriter fallerentur, verum etiam in assignatione definitionum peccarunt, non arbitror dubitandum⁶⁴.

Sic ergo ut dixi videtur quantitas habere contrarium, / licet falso. **Sed non** inquit **videtur quantitas suscipere magis et minus** (58.9). A partibus quantitatis. **Ut bicubitum** (58.9) subaudi: / est quantitas. **Neque enim** pro autem **aliud alio est magis bicubitum, neque in numero** (58.9). **Quare**⁶⁵ inquit longe post **quantitas / non suscipit magis et minus** (58.13).

Et utrum numerus recipiat magis et minus. A partibus, **ut ternarius quinario** (58.10). /

Et utrum ternarius recipiat magis et minus. A partibus recipiendi magis et minus, quae sunt a se et ab alio. / **Nihil enim** inquit **magis tria** (58.11) quam quinque vel aliquid aliud, **nec tria potius**⁶⁶ **quam tria** (58.11) hoc est quam ipsum dicitur; sed quod nec / ab alio nec a se, nullo modo recipit magis et minus; ergo ternarius nullo modo recipit magis et minus.

Proprium / autem maxime quantitatis est aequale et inaequale (58.14) dici.

Et utrum maxime proprium sit. A definitione maxime proprii. / **Singulum enim** inquit **earum** praedictae sunt **quantitatum et aequale diciutr et inaequale** (58.18) hoc est omnibus praedictis quantitibus convenit hoc. **In ceteris / vero quae quantitates non sunt, non multum** una dictio est, et infinitum adverbium pro nullatenus **videtur**⁶⁷ **aequale et inaequale / dici** (58.18) hoc est nulli ceterorum convenit. Sed quod omni alicui convenit et nulli alii, maxime proprium est. **Quare**⁶⁸ / inquit in fine tractatus **proprium maxime est quantitatis aequale et inaequale dici** (58.21).

Et utrum singulis praedictis quantitibus hoc / conveniat. A partibus. **Ut corpus** inquit **aequale dicitur et inaequale, et numerus et tempus, Similiter autem et in aliis** (58.16); / sed hae sunt praedictae quatitates; ergo singulis praedictis quantitibus hoc convenit.

Et utrum ceteris quae non sunt quantitates conveniat. Non. / A partibus. **Namque**⁶⁹ inquit **affectio non multum** id est nullatenus **dicitur**

⁶⁴ dubitandum] dilbitandu(m) C

⁶⁵ Quare] Quare(m) C

⁶⁶ potius] posci(us) C

⁶⁷ videtur] uedet(ur) C

⁶⁸ Quare] Quare(m) C

⁶⁹ Namque] Na(m) C

aequalis et inaequalis (58.20), nec album vel aliquid / aliorum; sed haec sunt de ceteris quae non sunt quantitates; ergo et in ceteris quae non sunt quantitates, non convenit dici aequale et inaequale.

Et utrum / affectio et album dicantur aequalia et inaequalia. Non. A repugnanti. Quia, inquit (28.21), dicuntur similia; / sed quae dicuntur similia, non dicuntur aequalia et inaequalia, subaudi: secundum idem; ergo affectio et album non dicuntur aequa/lia et inaequalia. Ubi contraria sunt dici aequale et inaequale et neutrum dici sub quo simile vel aliquid / tale, quod repugnat ad dici aequale et inaequale.

His ita pro incidentibus quaestionibus interpositis ar/gumentis, nunc demum principalem quam dixi conclusionem subiungit sic. **Quare**⁷⁰ **quantitas maxime proprium est dici aequale et inaequale** (58.21).

[109v]

<cap. 7>

~~in~~ario itaque ~~quinta / denarii parte~~ praedicamentorum exposito, iam ad primum sequentis ~~octonarii~~ praedi/camentum, quod est ad aliquid, tractaturus accedit.

In hoc autem sequente ~~octonario~~ ad / aliquid iure proposuit, non neglegenter curans quod in ~~secundae binarii partis~~ tractatu, quantitatis / scilicet, magnum et parvum quantitates negavit, ad aliquid esse confirmans. Per huius praedicamenti / designationem sine intervallo suspensionis ostendere. Unde ad aliquid secundo et tertio, et pri/mo loco incipiens ~~demonstrare, secundo quod, quia post unum numerum qui est ut dixi binarius, / tertio vero quia post duo, substantiam scilicet et quantitatem, primo quoque ordine retrogrado, quia in / sequentis binarium octonarii prioritate constituit,~~ ingeniosa disputatoris militat callidi/tate. Solent namque callidi disputatores adversariorum sententias saepe non negative obpug/nare, sed quasi confirmando per impossibilitatum, quas inde contingere monstrat, necessitatem, penitus / falsas ostendere. Cuius astutiae princeps disputatorum, A(ristotelem), confidens praesidio, Platonis de ad a/liquid sententiam nolens concedere, concedendo tamen ut dixi per impossibilitates al`l`eviat. Tu vero, / lector, eam quasi probatam recipias, ut demum in fine eliminatam a vero recipias.

Quae sic habet initium. /**Ad aliquid vero talia dicuntur quaecumque hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur vel quomodolibet**

⁷⁰ Quare] Quare(m) C

aliter ad aliud (58.23).

Hic ~~parum quae se~~ / animum Graecitati ~~C.~~ advertas. Genitivus quidem⁷¹, qui est **aliorum** a Graeco translatus, significat apud nos / genitivum et ablativum. Graeci enim, carentes ablativo, eius loco et nostri genitivi solo utuntur⁷² genitivo. Sic autem / **aliorum** relata intelliges, et quae per genitivum et quae per ablativum apud nos referuntur.

Ad aliquid vero dicta, quia / dativus propinquam accusativo cum praepositione habet significationem, per accusativum et per dativum relata / intelliges.

Quorum omnium sic exponit exempla: **ut maius** inquit **dicitur alterius et duplum** hoc est maius et duplum / **dicuntur aliorum** (58.25). Sed quia divise dixit de maiori primum, post vero de duplo, per singularem qui est **alterius** (58.25) proposuit / genitivum.

Maius vero et duplum sunt ad aliquid. **Ad aliquid ergo sunt** inquit longe post **quaecumque** hoc ipsum **quod sunt aliorum / dicuntur** (58.31).

Et utrum maius et duplum dicantur aliorum. A speciebus quae sunt, ut dixi, per ablativum referri et per genitivum. Si maius / refertur per ablativum et duplum per genitivum, tunc referuntur aliorum; sed hoc est, ut ait **maius dicitur aliquo** (58.25) et **duplum / alicuius** (58.26), ubi **aliquo** ablativus, **alicuius** vero noster tantum genitivus intelligi debet; ergo maius et duplum dicuntur aliorum. / **Similiter autem et alia quaecumque sunt huiusmodi** (58.27).

At vero sunt etiam haec ad aliquid scilicet **habitus, affectus** etc (58.27). / A specie ad aliquid. Sunt enim aliorum dicta hoc ipsum quod sunt, ut ait (58.24). Sed quae dicuntur aliorum, hoc ipsum quod sunt ad aliquid sunt; / ad aliquid enim duas habet species quae sunt etiam genera: aliorum dicta et ad aliud. Ergo habitus, affectus, et cetera sunt / ad aliquid.

Et utrum ipsa dicantur aliorum. Ab una specie quae est per genitivum dici. Si dicuntur per genitivum, tunc aliorum; / sed hoc est, **habitus enim** inquit **alicuius** (58.30) dicitur et similiter cetera; ergo ipsa dicuntur aliorum.

His ita probatis nunc demum sequitur / principalem⁷³ quam dixi conclusio: **ad aliquid ergo sunt** etc (58.31).

Vel etiam ad aliquid sunt quae **quomodolibet aliter ad / aliud** (59.1)

⁷¹ quidem] q(uo)d C

⁷² utuntur] u(er)tunt(ur) C

⁷³ principalem] p(r)incapal' C

referuntur. A partibus. Si magnum et simile et quaelibet alia sunt ad aliquid, tunc quae ad aliud referuntur sunt ad aliquid; sed magnum et simile referuntur ad aliud et sunt ad aliquid, quod de solo magno sic posuit: **magnum enim** pro autem **ad aliquid dicitur** (58.2); ergo ad aliquid sunt quae referuntur ad aliud.

Et utrum magnum et simile / referantur ad aliud. A speciebus ad aliud quae sunt per accusativum et dativum referri et a parte magni, / ubi dicit montem magnum (59.2). Si mons magnus refertur per accusativum et simile per dativum, tunc magnum et simile / referuntur ad aliud; sed hoc est, ut ait **mons magnum** (59.2) refertur ad aliud, hoc est per accusativum, **et simile** [110r] dicitur **alicui** (59.3) hoc est refertur per dativum; ergo magnum et simile referuntur ad aliud.

His ita interpositis argumetis, ad / propositionem illam qua dixit superius quod positio et ad aliquid revertitur, assumendo sic: **est autem accubitus / et statio et sessio quaedam positiones** (59.4). Sed, inquit ut dictum est, **positio est ad aliquid** (59.5), ubi luciditatis / causa propositionem quam eandem post assumptionem subinserit; ergo accubitus et statio et sessio sunt ad aliquid. Quae quidem conclusio inde manifeste ducit a genere. Maxima propositio: quod universaliter convenit / generi, ut positioni esse ad aliquid, hoc omnibus eius speciebus, ut accubitus et ceteris convenire necesse est. /

Iacere autem, inquit, et **stare** et **sedere non sunt positiones** (59.5), sed **denominative ab his** positionibus / **nominantur** (59.6). Quod quidem intulit remotive, ne quis haec quoque positiones putans ad aliquid compu/taret, cum sub situ subsistant.

Inest autem inquit **et** id est etiam praeter ea quae dicta sunt, scilicet dici aliorum / et ad aliud, **contrarietas in relatione** (59.8), ubi qualitatem et relationem pro quali et⁷⁴ relativo, posuit. A partibus. **Ut** inquit **virtus vitio contrarium est et disciplina ignorantiae** (59.8); sed **utrumque** inquit **horum**⁷⁵ **est ad aliquid** (59.9) / vel relativum; ergo relativum habet contrarium.

Non autem omnibus inquit **inest** contrarium (59.10). A partibus iterum. **Duplici / enim** inquit **nihil est contrarium nec triplici nec ulli talium** (59.10); sed haec sunt relativa; igitur non omnibus relativis / inest contrarium.

⁷⁴ et] i(d est) C

⁷⁵ horum] p(er) cu(m) C

Videtur autem et id est etiam magis et minus relativa suscipere (59.11). A partibus. **Simile enim inquit et inaequale / magis et minus dicitur** (59.12); sed, inquit (59.13), **horum**⁷⁶ est **utrumque relativum**; ergo relativum suscipit magis et minus.

Et utrum simile / et inaequale sint relativa. A specie r(lativi), quia utrumque refertur per dativum, hoc est quod ait **dicitur alicui** (59.14); sed quae referuntur / per dativum, relativa sunt; ergo simile et inaequale sunt relativa.

Non autem omnia relativa sunt magis et minus (59.9). / A partibus. **Duplex enim inquit non dicitur magis et minus nec aliquid talium** (59.15); sed hoc est relativum; ergo non omnia relativa / suscipiunt magis et minus.

Omnia autem relativa dicuntur ad convertentia subaudi 'relativa' <**dicuntur**> (59.17), hoc est omnia relativa sic dicuntur ad / alia relativa ut ipsa item ad ea conversim, id est reciproce, dicantur.

Quod demum est dicere: omnia relativa convertuntur. / A partibus, quia servus et dominus et cetera convertuntur, sed haec sunt relativa, ergo omnia relativa convertuntur.

Et utrum servus / et dominus convertantur. A partibus converti quae sunt hoc ad illud et illud ad hoc dici. Quia, inquit, **dominus dicitur servi / et servus domini** (59.17) et similiter in ceteris; sed quae sic dicuntur, convertuntur; ergo servus et dominus et cetera convertuntur.

Sed casu / aliquotiens differt (59.20) vel <si> impersonaliter est dictum, pro differentia fit; vel si personaliter velis, subaudi / 'conversio'. A partibus relativorum et casus. Si disciplina et disciplinatum et similia differunt convertendo per genitivum et albativum, tunc conversio relativorum differt casu; sed hoc est, quod ait **ut disciplina dicitur / disciplinati et disciplinatum disciplina** (59.21); ergo conversio relativorum vel relativa convertendo differunt / casu.

Diximus quidem superius quod omnia relativa convertuntur. **At vero aliquando non videbitur converti** (59.23). A parte aliquando. / Inquit **nisi** hoc est si non **convenienter assignetur** (59.23) subaudi: non convertentur; sed hoc contingit aliquando, ut non conveni/enter assignetur; ergo aliquando non convertitur vel **converti non vide`bi`tur** (59.23).

⁷⁶ horum] p(er) c(um) C

Et utrum si non convenienter assignetur, non conver/tatur. A causa non convenienter assignandi ~~quae est~~ malus vel peccans assignatur. **Si enim** inquit **peccet** (59.24) id est pec/cans fuerit assignator, non convertitur; sed si peccans fuerit assignator, non convenienter assignabitur; / ergo si non convenienter assignetur, non convertitur.

Et utrum cum peccat, non convertatur. A parte cum peccat, quia, / inquit (59.24), si assignat alam⁷⁷ avis, non convertitur; sed si assignat alam avis, peccat assignator; ergo si pec/cat, non convertitur.

Et utrum si assignetur ala avis, convertatur. Non. A parte conversionis. Si converteretur, tunc / et ala esset avis et avis alae; sed, inquit, **non est ut sit avis alae** (59.25); ergo si ala assignetur avis, non convertitur. / Ubi⁷⁸ abest pars dualis totius ut est conversio, ibi totum non est.

Et utrum non posse dici convertendo **[110v]** avis alae. A causa per ablationem quae est conveniens assignatio. Ubi non praecessit conveniens assignatio, ibi / non est conversio; est enim praecedens causa conveniens assignatio conversionis. Sed, inquit, non fuit **prius convenienter assignatum ala avis** (59.25). Ergo non convertitur avis alae.

Et utrum ala convenienter sit assignata avis. A definitione / convenientis assignationi relativorum. Est enim convenienter assignare relativum ad suum relativum / in hoc assignare quod illud est ad quod assignatur; sed, inquit, non **in eo quod avis, in eo ala eius dicitur** (59.26) hoc est assignatur; ergo ala / non est convenienter assignata, 'avis' subaudi, ut relativum ad suum relativum. Cui adversando appo/nit hoc: **sed in eo quod alata est** (59.27).

Post vero argumentum, quia non assignatur in eo quod avis est. A repugnanti. Si enim / assignaretur in eo quod est avis, tunc nulli alii conveniret nisi avi; sed, inquit, **multorum aliorum alae sunt / quae non sunt aves** (59.27); ergo non assignatur in hoc quod est avis. Ubi contraria sunt assignare in hoc quod avis et in hoc quod est ali/ud; sub in hoc quod est aliud ~~e alii~~ convenire repugnans ad assignari in hoc quod est avis.

Cum autem superius / dixerit haec non posse converti propter non convenientem assignationem, illative concludit contrarium, sic. / **Quare**⁷⁹, id est quia si non convenienter assignetur, non convertitur, tunc **si convenienter assignetur, convertitur** (59.28). Contra/ria enim contrariis

⁷⁷ alam + [ala(m)] C

⁷⁸ Ubi] Vnd C

⁷⁹ Quare] Qua re(m) C

convenire, certa regula est. Quod ostendit a partibus conversionis et convenientis assignationis, sic: **ut ala alati ala et alatum ala altum** (59.29).

Aliquotiens autem forte et nomina / fingere necesse erit (59.29).

A parte aliquotiens. Quia, inquit, **si non fuerit nomen positum ad quod convenienter assignetur** (59.30), subaudi ‘fingere oportet nomen’; sed hoc aliquotiens est, scilicet quod non est positum / conveniens nomen; ergo aliquotiens oportet fingere nomen.

Et utrum, si non est positum conveniens nomen, / oporteat fingere. †-----†, quia non convertitur si fiat assignatio ad non conveniens nomen. Sed conversio in omnibus / est necessaria relativis. Ergo oportet fingere nomen conveniens, si non sit positum.

Et utrum si fiat / assignatio ad non conveniens nomen, non convertatur. A parte assignationis factae ad non conveniens / nomen. Quia, inquit, si **remus assignetur** ad navem, **non erit conveniens assignatio** (59.31) hoc est assignabitur ad / non conveniens nomen. Sed si remus assignetur ad navem, non convertitur. Quam assumptionem, quia ex ipsa propositione ubi dixit non convenienter assignari remum ad navem, constabat non posse converti (est enim conveniens assignatio causa quae sola faciat converti relativa) non assumendo, sed concludendo securus, appositio sic: **quare**⁸⁰ id est quia non convenienter assignatur, **non convertitur** (59.33) subaudi: si remus assignetur ad navem. / Ex qua conclusione, ut diximus, ablata **quare** concludendi particula et apposita ‘sed’ lege syllogistica, assumptionem suam subiungamus propositioni sic. Sed, pro **quare, non convertitur** subaudi: si remus assignetur ad navem, ut iam etiam superius assumpsimus. Ergo si fiat assignatio ad non conveniens nomen, non convertetur.

Et utrum si remus assignetur ad navem, sit conveniens assignatio. Non. A definitione, quam / dixi superius convenientis assignationis per ablationem. Unde enim auferitur definitio, et definitum, quia conveniens assignatio relativi ad alterum est ut sit in eo quod illud ad quod assignatum est. Sed remus, inquit (59.32), non assignatur ad navem in hoc quod navis est. Ergo non est conveniens assignatio remi / ad navem.

Et utrum remus assignetur in hoc quod est navis. A repugnanti. Si in hoc quod est navis assignaretur / remus, tunc omni navi conveniret remus; sed, inquit, **naves sunt** (59.32) quae remos non habent; ergo remus non assignatur in hoc / quod est navis.

Nunc demum sequitur illa quam dixi assumptio conclusiva ex sua ipsa

⁸⁰ Quare] Quare(m) C

propositione / apposita sic: **quare**⁸¹ **non convertitur**(59.33) subaudi: si remus assignetur ad navem.

Licet autem hoc ex superiori propositione qua dixi non convenienter assignatum fuisse constaret, at tamen idem a parte **[111r]** probat conversionis. Si converteretur, tunc et remus navis et navis remi diceretur; sed, inquit, **navis non dicitur / remi navis** (59.33); ergo non convertitur.

Ostensa itaque quod remus assignatus ad navem non convertitur, docet qua assignatione converti queat, sic. **Sed forte convenientior assignatio erit, si sic assignetur remus / remiti** remus vel alio modo subaudi 'convenienti'.

Ne quis vero miretur cur sic arbitrialem nominis / concedat positionem, tali docet an`ti`pophora. Vel sic ut dixi vel aliud finge nomen. **Nondum enim nomen / est positum** (60.2).

Et utrum si remus assignetur remiti, sit conveniens assignatio. Ab effectu, id est conversione quae ex / sola convenienti assignatione efficitur. **Convertitur autem** inquit (pro 'enim' subaudi tantum) **si convenienter / assignetur**, quod est dicere: si non convenienter assignetur⁸², non convertetur⁸³; sed convertitur; ergo convenienter assignatur / remus remini.

Et utrum convertatur. A partibus conversionis. Si cum remus dictus est remiti remus, dicitur remitum / remo remitum, tunc convertitur; sed hoc est, ut ait sic: **remitum enim remo remintum est** (60.4); ergo remus convertitur.

Simi/liter etiam in aliis (60.4). A parte. Similiter, quod est convenienter assignari et aliorum quod est caput, **ut caput**, inquit, / **convenientius assignabitur capi`ta`ti quam animalis** (60.4). Ubi vis comparationis non est consideranda, ut sit hoc / dicere 'caput assignatur convenienter capiti, et non convenienter animalis', sed sic 'remus remiti, non navis'. / Ergo **similiter est in aliis** subaudi: ut in remo, remito, et navi.

Et utrum caput assignetur convenienter / animalis. Non. A definitione per ablationem. Si convenienter assignaretur caput animalis, tunc in hoc quod / est animal; sed, inquit, non assignatur caput animalis **in hoc quod est animal** (60.6); ergo non assignatur convenienter.

Et utrum / in hoc quod est animal assignetur caput. Non. A repugnanti. Si enim assignaretur in hoc quod est animal, tunc omni / animali conveniret et soli. Inter effectum quod est assignari in hoc quod est

⁸¹ Quare] Quare(m) C

⁸² assignetur] assignatur a.c. C

⁸³ convertetur] convertitur a.c. C

animal, et causam quae est omni et soli / animali convenire. Sed, inquit, **multa animalia** id est non omnia **habent capita** (60.6). Ergo non assignatur caput in hoc quod / est animal.

Ne vero miretur quod consequentiam inter effectum et causam dixerim, argumentum vero a repugnanti. / Quotiens enim de effecto quaestione facta causa destruitur, a repugnanti recte potest argu/mentum vocari. Repugnat enim effectum subsistere et causam nec praecessisse nec comitari.

Proba/to itaque quod nomen oporteat fingere, illius fingendi regulam sic ostendit: **sic autem** inquit **fortasse / facilius sumetur(!) nomen** (60.7) in illis relativis **quibus non est positum, si ab his quae prima sunt** id est a primitivis deno/mine`n`tur, ut in his quae sunt dicta ab ala alatum, a remo remitum.

Manifestato itaque quod non convenienter / assignata non convertuntur, ex hoc illative concludit, sic: **omnia ergo ad aliquid, si convenienter assignentur**, / convertuntur (60.10). Sed quia longe a suo intulit loco, eundem sibi subinfert locum. **Nam si ad quodlibet aliud / assignentur** id est non convenienter, **non convertentur** (60.11) contraria contrariis convenire.

Dico autem quoniam neque in his / quae manifeste converti **dicuntur** (60.12) id est non modo in his de quibus dubitatur, verum etiam in his de quibus constat, non erit conversio. /

Et utrum assignentur ad aliquod accidens. A parte relativorum manifeste convertentium. **Ut se<r>vus** inquit **si non / assignetur domini sed hominis** vel **bipedis** vel **alicuius talium, non convertitur** (60.15); sed hoc est relativum indubitanter conver/tens; ergo relativa indubitanter convertentia non convertuntur, si ad accidens assignentur.

Ubi accidens (60.14) / non est quod accidit, sed quod extraneum vel diversum est secundum quod intelligi debet, ut homo et bipes accidentia / dicuntur domini, non quod haec a`c`cidant domino (nam dominum esse potius accidit homini), sed quia hominem esse extraneum et diversum / a domino. Illa enim substantialis est essentia; haec vero, id est dominum esse, minime. Vel sicut primum computando hominem, / dominum esse vel huic simile accidens et secundum vocamus, sic etiam primum computando dominum, esse hominem quasi / accidens et secundum numeramus. Computandi enim quodlibet primum et postremum iudicium est arbitrale. |111v|

Et utrum servus si assignetur hominis, convertatur. A causa per ablationem quae est conveniens assignatio. Si non est / conveniens assignatio, non convertetur; sed, inquit, **non est conveniens assignatio** (60.16) subaudi: si servus assignetur hominis; / ergo si servus assignetur hominis, non convertetur.

Amplius autem (60.17) subaudi: de relativorum conversione tractabimus. **Si / convenienter assignetur ad id quod debet, omnibus aliis circumscriptis** id est ablatiis **quae accidentia sunt, semper / ad ipsum dicitur** (60.17).

Et utrum relativum ad id ad quod debet assignetur convertatur, vel semper ad ipsum / dicatur. A parte. **Ut inquit si servus assignetur ad dominum circumscriptis** homine et bipede ceterisque accidentibus / **semper ad ipsum dicitur** (60.20).

Et utrum servus semper dicatur ad dominum. A causa. **Servus enim** inquit **semper domini servus est** (60.23), quod, id est semper, / esse causa est cur semper dici queat.

Si autem non convenienter (60.23) assignetur ad id ad quod debet (60.23), ita etiam ut circum/scribantur, id est auferantur cetera praeter hoc solum ad quod assignatur, non convertetur⁸⁴. A partibus. **Assignetur enim** inquit **servus hominis / et ala avis** (60.25), et **ab homine circumscribatur dominus(!)** etc (60.26) et ab ala alatum, **non iam servus ad hominem dicitur(!)** (60.27).

Et utrum servus / ad hominem dicatur circumscripto domino. A causa per ablationem. **Cum enim dominus non est(!)** (60.27) id est cum circumscribitur dominus, ita est / servus. Sed quod non est, non potest vere dici; esse enim causa est cur vere dicatur. Ergo non dicitur servus ad hominem circum/scripto domino.

Similiter autem et de avi (60.28). A parte similiter. **Circumscribatur alatum esse** (60.28) non erit ad aliquid. A rela/tivo. **Cum enim** inquit **non sit alatum, non erit ala alicuius** (60.29). Relativa enim sine se esse non possunt.

His ita dictis, oportet / fieri convenientem assignationem infert ab effecto, sic. **Quare**⁸⁵ id est propter quam rem, id est conversionem, **oportet assigna**/re **convenienter ad id ad quod dicitur** (60.30). **Et si sit**

⁸⁴ c(on)u(er)tet(ur)] c(on)u(er)tat(ur) a.c. C

⁸⁵ Quare] Quare(m) C

nomen positum, facilis erit assignatio; si autem non sit, fortasse neces/se erit fingere nomen (60.30).

Quae omnia sequitur huiusmodi finalis assertio. **Si autem sic reddantur, relativa** id est ----- / **manifestum est quod omnia conversim dicentur** (61.1). Inter causam quae est convenienter assignari et effectum consequitur, id est conversionem.

[61.3]

Videtur / autem ad aliquid simul esse natura (61.3).

Et in pluribus quidem verum est (61.3). A partibus ad aliquid. **Simul enim**⁸⁶ **est duplum et / dividium** (6.14) et servus et dominus; ergo ad aliquid simul sunt natura.

Et utrum haec quae dicta sunt sint simul natura. A definitione / simul natura. Simul enim natura sunt quae se invicem ponunt; **simul autem haec sese auferunt invicem** (61.6); ergo haec sunt simul natura. /

Et utrum haec auferant sese invicem. A partibus invicem, quae sunt hoc illud auferre et illud hoc. **Si enim** inquit **non sit duplum, / non est dimidium; et si non est dimidium, non est duplum** (61.6) hoc est duplum aufert dividium et dividium duplum; sed hoc est / invicem; ergo haec auferunt se invicem.

Similiter autem et in aliis, quaecumque talia sunt (61.7).

Non autem in omnibus relativis videtur / esse verum simul esse natura (61.8). A partibus. Scibile enim et scientia non videntur simul esse natura, sed haec videntur / esse ad aliquid, ergo non omnia videntur simul esse natura.

Et utrum scibile et scientia sint simul natura. A repug/nanti. Si scibile est prius scientia, tunc non sunt simul natura; sed hoc est, ut ait (61.9); ergo scibile et scientia non sunt simul natura. / Repugnat enim simul esse et alterum esse prius altero.

Et utrum scibile sit prius scientia. A relativo. Si scientia est / posterior, tunc scibile est prius, sunt enim relativa prius et posterius; sed scientia est posterius scibili; ergo scibile est prius scientia. /

Et utrum sit posterius scientia scibili. Ab effecto, quod `est` posterius sumi in eo; esse enim posterius causa est cur posterius / in eo accipi. Quicquid in aliquo accipitur, id est posterius sumitur, posterius est; sed, inquit, **in pluribus cuilibet**⁸⁷ **rebus accipimus / scientias** (61.9): ergo scientia est posterius scibili.

⁸⁶ enim + [ueru(m)] C

⁸⁷ cuilibet] cuilib; C

Quod item alio argumento ab immediato probatur. Aut est posterius scibi/li aut simul cum scibili, cum constet quod non sit prius; sed, inquit, **in nullis reperiet quis simul cum scibili scientiam / esse** (61.10); ergo scientia posterius est scibili.

Amplius (61.11) subaudi: probo quod scibile est prius scientia. A definitione. / Naturaliter prius est quod ablatum aufert et non aufertur ab alio; sed, inquit, **scibile sublatum aufert scientiam / et scientia non aufert scibile** (61.11); ergo scibile est prius scientia.

Et utrum scibile ablatum auferat scientiam, / fit quaestio; et probatur ab immediato contrario. Aut scibili ablato aufertur scientia aut remanet; **|112r|** Sed scibili ablato non remanet scientia, et hoc est quod aequipolenter ait **nam si scibile non sit** id est scibili sublato / **non est scientia** (61.12) id est non remanet; ergo scibili sublato aufertur scientia.

Et utrum ablata scientia, auferatur / scibile. Non. A contrario. Si scientia ablata remanet scibile, tunc scientia ablata non aufertur scibile; / contraria enim, id est auferri et remanere, simul esse non possunt. Sed, inquit, **si non est scientia** id est ablata scientia, / **nihil prohibet esse scibile** (61.13) id est remanet. Ergo scientia ablata, non aufertur scibile.

Et utrum sine scientia sit / scibile. A parte scibilis. Si⁸⁸ quadratura circuli est scibilis et nondum est eius scientia, tunc scibile est sine / scientia; sed, inquit, **circuli quadratura scibilis est, scientia vero eius nondum est** (61.14); ergo scibile manet sine scientia.

Amplius (61.15) / subaudi: probabo quod ablata scientia est scibile. A materiali causa; est enim animal materia in qua consistit scien/tia. **A`ni`mali quidem sublato non est scientia** (61.15) id est aufertur quoque scientia; sed animali sublato **contingit esse** plura / scibilia (61.16), hoc est manet scibile; ergo sublata scientia manet scibile.

Similiter autem his id est scibili et scientiae / **se habent ea quae in(!) sensu sunt** (61.16) id est sensus et sensibile. A parte similiter. Si sensibile est prius sensu, tunc similiter se / habent scibili et scientiae; sed, inquit (61.17), sensibile est prius sensu; ergo similiter se habent.

Et utrum sensibile sit prius / sensu, subaudi 'natura'. A definitione. Naturaliter enim prius est quod ablatum aufert et non aufertur ab eo; sed, inquit (61.18), **sen/sibile sublatum simul aufert sensum, sensus vero non aufert sensibile**; ergo sensibile est prius sensu.

Et utrum sensibile / auferat sensum. A materiali causa. Est enim

⁸⁸ Si] S(ed) C

corpus materia ubi sunt sensus; <sed> sensibili, inquit, sublato aufertur corpus, / **ut ait cum corpus non sit** (61.21) id est ablato corpore, sublatus est sensus; **quare** (61.22), inquit, sensibile aufert simul sensum.

Et utrum / sublato sensibili auferatur corpus. A genere. **Sensibilium enim inquit est corpus** (61.20) id est corpus est species sensibilis, ut animalium est / homo, i.e. homo est species animalis (sensibile enim aliud est corpus, aliud non ut passio quae sentitur; et sic corpus est species sensibilis). / -----s species auferatur ablato suo genere. Ergo sublato sensibili aufertur corpus.

Et utrum corpus auferat sensum. / A speciebus sensus. Omnis sensus aut est existens circa corpus aut in corpore, et hae sunt species sensus, quod in principio dicit / **sensus enim circa corpus et in corpore** est (61.19); sed corpus sublatum aufert sensus circa corpus et sensus in corpore; ergo corpus aufert / sensum.

Sensus vero sensibile non simul aufert (61.22). A materiali causa; animal enim est causa quae facit sensum et etiam in qua fit / sensus. Sublato, inquit (61.23), animali sublatus est sensus; sed sublato animali permanet, id est non aufertur, sensibile; ergo sensus / sublatus non aufert sensibile.

Et utrum sublato animali possit manere sensibile. A speciebus sensibilis. **Ut**, inquit, / **corpus, calidum, et dulce, et amarum** (61.24) et [si] similia possunt esse, si non sit animal; sed haec sunt sensibilia; ergo sensibile / potest esse animali sublato.

Amplius (61.25) subaudi: probabo quod sensibile est prius sensu. **Sensus** inquit **fit simul cum / sensato** (61.25), **sensibile vero** inquit **ante est** id est prius **quam** sensatum (61.26), ergo sensibile est prius quam sensus. Hic locus vel est a pari, quia / quae sunt simul, sunt paria; vel a materiali causa, quod in sensato consistit sensus; vel a relativo, quia sensus et sensatum / sunt relativa.

Et utrum sensus et sensatum sint simul. A transumpto, id est animali. **Simul enim** inquit **fit animal / et sensus** (61.26), sed animal idem est quod sensatum, ergo sensatum et sensus sunt simul.

Et utrum sensibile sit prius quam sensatum. / A partibus sensibilis et a transumpto quod est animal. Ignis et aqua et cetera sunt priora quam animal, sed haec sunt / sensibilia, ergo sensibile est prius quam sensatum.

Nunc demum de sensu et sensibili prima sequitur conclusio. **Quare**, / inquit, id est ergo, **sensibile est prius quam sensus** (61.28). Quae conclusio a gemino descendit loco. Primo quidem ex hoc quod dixit quia

sensibile aufert sensum et non auferetur a sensu, quod est definitio natura prioris; et ex hoc etiam quod / dixit sensum et sensatum simul esse, quo, id est sensato, sensibile prius est. Unde constat quod etiam sensu sit prius. /

Habet autem dubitationem (62.1) subaudi aliquis **utrum**⁸⁹ **nulla substantia dicatur ad aliquid, an hoc contingat secundum / quasdam secundas** (62.1).

Quod autem dixit **secundum quasdam secundas**, ne quis quaerat cur dixerit, apponit quod in primis nulla est [112v] dubitatio, sic. **Nam in primis quidem substantiis verum est** (62.3) subaudi: quod non dicuntur ad aliquid. Quod sic probat a divi/sione: **nam neque totae neque partes ad aliquid dicuntur** (62.3). Quod probat a partibus, sic: **nam aliquis homo non dicitur alicuius / aliquis homo, nec aliquis bos alicuius aliquis bos** (62.4).

Similiter autem et partes (62.5) subaudi: non dicuntur ad aliquid. Hoc / iterum probat a partibus partium, sic. **Quaedam `enim` manus non dicitur alicuius quaedam manus, nec quoddam caput dicitur / alicuius quoddam sed caput** (62.6). Quod⁹⁰ idcirco apponit, quia individuae res si dicantur ad aliquid, hoc quidem non ex / se sed per secundarum praedicationem contingit, ut ipse de aliquo, id est individuo, capite ait. Non enim possumus dicere / ut aliquod caput sit alicuius aliquod caput, id est secundum individuitatem ad aliquid referatur; sed per secunditatis / relationem ut illud caput esse dicamus, quod vocabulum non est primae sed secundae substantiae.

Similiter / autem inquit et in secundis substantiis, atque hoc idem in pluribus (62.8). Quod sic probat a partibus: **ut homo non dicitur alicuius homo / etc** (62.9).

In aliquibus vero secundis substantiis habet aliquam dubitationem (62.11) subaudi: aliquis. Ad quod haec affert / exempla: **ut caput alicuius caput dicitur et manus alicuius manus et singula huiusmodi** (62.12). Unde, id est quia, haec / alicuius dicuntur. Per enthymema hoc infert. **Quare inquit haec scilicet quae dicta sunt ad aliquid esse videbuntur(!)** (62.13); / alicuius enim relatam superius speciem ad aliquid esse diximus.

Igitur id est propter haec quae dicta sunt **si sufficienter est assignata definitio eorum quae sunt ad aliquid, aut difficile aut nimis impossibile**

⁸⁹ utrum] (et) C

⁹⁰ Quod] Quo C

est solvere, quod nulla / substantia est ad aliquid (62.14). Si autem non sufficit haec definitio, sed ita fiat ad aliquid sunt quibus hoc ipsum est esse ad / aliquid quodam modo se habere, fortasse aliquid contra ista subaudi 'que de substantiis obiciuntur' dicitur (62.16). /

Priorem itaque definitionem⁹¹ in quo valida, in quo vero sit infirma, sic ostendit. **Prior vero inquit definitio (62.18) in hoc quidem / valet quod omnibus convenit relativis, hoc est quod ait sequitur omnia relativa (62.19). Sed⁹² tamen <non> convenit solis relativis / ut definitio omnis facit. Omnis enim definitio quae bona est, et omnibus quorum 'est' definitio convenit, ut etiam ista / omnibus relativis; et solis, quod ista non facit. Quod ipse⁹³ sic ait: non tamen hoc eis est esse quod⁹⁴ sunt ad aliquid quod ea ipsa quae sunt / aliorum dicuntur (62.19).**

Inprobata itaque priori definitione, secundam sic quidem comprobatur. **Ex his ergo pro 'autem', scilicet / quae in secunda dicta sunt definitione, manifestum est quod, si quis aliquid eorum quae sunt ad aliquid definite sciet, et / illud ad quod dicitur definite sciet (62.20). Quod probatur a definitione iam dicta sic. Quoniam inquit eorum est quae sunt ad aliquid (62.22) / subaudi: ad aliud se habere. Sed quorum est esse ad aliud se habere, si quis eorum aliquid sciat, et illud ad quod / dicitur sciet. Ergo si quis eorum aliquid quae sunt ad aliquid definite sciet, et illud ad quod dicitur definitae sciturus est. /**

Manifestum est etiam ex hoc (22.26 + 62.23) scilicet quod subponam, id est a contrario. Si quia ignorat aliquis ad quod aliquid relativum / se habeat, idcirco ignorat si ad aliquid se habeat, tunc si quis novit si ad aliquid se habeat, / noverit ad quod se habeat. Sed, inquit (62.26), si omnino nescit ad quod se habeat, nec si ad aliquid se habeat / sciet⁹⁵ (22.29). Ergo si quis novit quod ad aliquid se habet, ad quod etiam se habeat sciet.

Et singulatim in particula/ribus manifestum est hoc, id est quod si unum relativorum sciatur, et alterum sciatur, et si ignoretur alterum, et ipsum / ignorabitur. Ad quod haec afferunt exempla: **ut si hoc ad aliquid sciat(!) quoniam est duplum (23.2), mox definite / novit (63.1); et si nullus definite novit cuius est duplum, nec si est duplum sciet. Quae omnia**

⁹¹ definitionem] difficione C

⁹² Sed] Si C

⁹³ ipse] ipsa a.c. C

⁹⁴ q(uo)d a.c. et q(uae) p.c. C

⁹⁵ sciet] [ne]sci& a.c. C

plus mihi exempla / quam argumenta placet vocare. **Similiter autem** inquit **et hoc ad aliquid si novit quis, quia melius est** etc (63.3).

Nunc / demum sequitur illa quam dixi conclusio, a contrario vel a partibus quae exemplariter sunt praedictae, sic. **Quare**⁹⁶ / id est a contrario vel a partibus **manifestum est quoniam, si quis noverit definite aliquid eorum quae sunt ad aliquid, / et illud ad quod dicitur sciturus est** (23.10).

Ex qua conclusione gratia contexendi syllogismi sequentis, sic propositi/onem repetimus: omnium eorum quae ad aliquid sunt, si unum sciatur, necesse est etiam alterum sciri. Et hoc |113r| est conclusionem praemisimus.

Sequitur in ipso libro assumptio. **Caput vero et manus hoc ipsum quod sunt** possunt **sciri definite** (62.9) id est / certe, et non est necesse sciri ad quod dicantur.

Quare⁹⁷ inquit **haec** id est manus et caput **non** sunt eorum quae sunt **ad aliquid** (63.12). Quod consequitur / a proprio, id est a pari. Hoc enim quod diximus est proprium relativorum. Maxima propositio: unde abest proprium, inde et illud cuius est proprium.

Quod / autem dixit caput et manus posse sciri definite, etsi nesciantur quorum sunt, a partibus hoc comprobatur sic. **Cuius enim** inquit **hoc ca/put et cuius haec manus sit non est dicere definite** (63.11) subaudi: etsi ipsa cognoscantur.

Quodsi haec inquit, id est caput et / manus, **non sunt ad aliquid** (23.17), manifestum est quod nulla substantia est ad aliquid cum se. Consequitur quidem inter maiorem partem / et totum. Haec enim, caput et manus et similia, ex omnibus substantiis maxime videbantur esse ad aliquid; sed nunc demum probatum est quod ipsa non sunt ad aliquid; ergo nulla substantia est ad aliquid.

Fortasse autem inquit **difficile est de huiusmodi rebus / confidenter declarare, nisi**⁹⁸ **saepe pertractata** id est inquisita **sint; dubitare autem de singulis** id est quasi dubitatio perscrutari de his **non erit inutile** (62.14).

Et haec de relativis sufficiant.

<cap.8>

⁹⁶ Quare] Q(ua) re(m) C

⁹⁷ Quare] Quare(!) C

⁹⁸ nisi] ni C

<T>ribus hoc modo praedicamentorum expositis, quartum iure locum obtinet qualitas.

Cui etiam / secundum <locum> dignitas adquirebat, nisi quod quantitatis quam dixi causa vehementior prohibebat; cui quoque, id est quali/tati, ipsius, scilicet quantitatis dilucidandae, causa tertium rapuit locum ad aliquid, quod quaedam ut dixi ad a/liquid confusa hominum quantitates arbitrabatur opinio. Unde sicut in quarto de qualitate loco tractatus incipitur. /

Qualitatem vero dico secundum quam quales dicuntur (63.17).

Est autem qualitas multipliciter dicta.

Et utrum dicatur multipliciter, / fit quaestio. Et probatur a specie, quia quattuor modis dicitur; sed quoniam quattuor modis dicitur, multipliciter dicitur; ergo qualitas dicitur multipliciter. / Est enim quattuor dici modis species multipliciter.

Et utrum dicatur quattuor modis. Ab enumeratione partium. Nam una / species qualitatis est habitus et dispositio, altera naturalis potentia et impotentia, alia passibilis qualitas / et passio, alia vero forma; sed hi modi quattuor sunt; ergo qualitas dicitur quattuor modis.

Quod autem dicit quatenus habitus et disposi/tio una est species qualitatis, non ideo ait ut duae non sint species (esse enim manifestum est), sed quia species qualitatis quae / his duabus est genus proprio non est appellata vocabulo, utriusque speciei nomine designat hoc modo.

Ad quod, id est quod duae / sunt species, <habitus> et dispositio, talem affert antipophoram: **differt autem habitus dispositione (63.20)**. A specie differentiae, / quia, inquit, habitus **permanentior est et diuturnior (63.20)**, dispositiones vero, inquit longe post, sunt mobiles **et cito permuta/biles (63.26)**; sed omnia talia differunt; **quare** inquit longe post **differt habitus dispositione (64.8)**.

Et utrum habitus sit / permanens et diuturnus. A speciebus habitus. **Tales inquit sunt scientiae et virtutes (63.21)** id est habitus sunt (ubi **tales** non / proprie sed secundum loquendi usum, qui plerumque essentiae naturam non observat, apposit); **scientia enim** inquit pro / ‘autem’ **videtur esse permanentium et difficile** mobilium (63.21), **similiter autem et virtus (63.24)**; ergo habitus est permanens et diffi/cile mobilis.

Et utrum scientia sit difficile mobilis. A parte minori. Nam, inquit,

mediocris etiam / scientia non movetur, nisi⁹⁹ fiat **permutatio ab aegritudine vel** (63.23) alio casu; sed haec est minor perfecta sci/entia; ergo scientia est difficile mobilis.

Et utrum virtus similiter sit difficile mobilis. A speciebus vir/tutis. **Virtus**¹⁰⁰, inquit, **iustitia et castitas et singula talium non videntur facile posse moveri, neque facile / permutari** (63.24) id est difficile; sed hae sunt virtutes; ergo virtus est difficile mobilis.

Et utrum dispositiones sint / facile mobiles, fit quaestio. Et probatur a speciebus dispositionum. **Ut inquit calor et frigiditas, aegritudo et sanitas, et `alia` huiusmodi** (63.26) sunt dispositiones; sed haec sunt facile mobilia; ergo dispositiones sunt facile mobiles. /

Et utrum calor et cetera sint dispositiones. A definitione. Dispositio enim est circa quod aliquid disponitur; sed, inquit (64.1), **circa** ea quae dicta sunt est dispositus **homo**; ergo sunt dispositiones.

Et utrum ea facile permutentur. / Ab effecto. **Cito** enim **permutatur** subaudi homo **ex calido** in frigidum et ex aegro in sanum (64.1); sed calidus homo **[113v]** et frigidus est effectum caloris et frigiditatis ut albus albedinis; ergo calor et frigiditas et cetera permutuntur / cito.

Cui tale temperamentum apponit: **nisi forte in his quoque contingat(!) per temporis longitudinem in naturam trans/ferri** (64.2), ut insanabilis et difficile mobilis existat affectus, qui iam non affectus sed habitudo vocatur.

Manifestum est autem quoniam haec habitudines volunt nominari quae sunt diuturniora et(!) difficile mobilia (64.5). Ab immediato. / Aut difficile mobilia aut facile mobilia vocantur habitus, sed facile mobilia non vocantur habitus, ergo / difficile mobilia vocantur habitus.

Et utrum facile mobilia vocantur habitus. Non. A partibus. Nam disciplinae / facile mobiles non vocantur habitus, sed facile mobiles disciplinae sunt partes facile mobilium rerum, ergo / facile mobilia non sunt habitus.

Et utrum facile mobiles disciplinae `non` sint habitus. Ab effecto. Si facile mo/biles disciplinae essent habitus, tunc qui eas haberent, haberent habitus; sed **in disciplinis non multum reti/nentes sed facile mobiles** (64.6) id est qui habent disciplinas facile mobiles, non dicuntur habere habitum; ergo disciplinae quae sunt facile mobiles non sunt habitus.

Hoc autem quod dixit quod habentes facile mobiles disciplinas / non

⁹⁹ nisi] ni C

¹⁰⁰ Virtus] Vt C

habent habitum, tali exaggeratione confirmat: **quamvis sint ad disciplinam peius meliusve dispositi** (64.8). /

His ita apposis, nunc demum prima sequitur quam dixi conclusio: **quare differt habitus dispositione** (64.8). Et quia / a suo loco longe erat remota, eundem reiterat sic: **quod hoc quidem** id est dispositio **facile mobile est, illud vero** id est / habitus est **diuturnius et difficile mobile** (64.9).

Sunt vero habitus etiam dispositiones (64.10) id est omnes habitus prius fuerunt dispositio/nes. Ab effecto probatur. Si habentes habitum fuerunt dispositi, tunc omnis habitus fuit dispositio; sed hoc est, quod / ait **qui enim retinent habitum, quodammodo dispositi sunt** (64.11) pro ‘fuerunt’, ut “beati qui in domino moriuntur (*Apoc.* xiv.13)” pro ‘mortui sunt’; / ergo omnes habitus fuerunt prius dispositiones.

Dispositiones vero non necesse est habitus esse (64.10) id est non omnis dispositio est / habitus. Ab effecto, quia **qui dispositi sunt, non omnino** id est non omnes **retinent habitum** (64.12) (fieret enim, si omnis¹⁰¹ dispositio esset habitus, ut omnis dispositio haberet habitum); sed hoc non est; igitur non omnis dispositio est habitus. Maxima propositio: / unde abest effectum, et causa abest.

Aliud vero genus qualitatis est secundum quod pugillatores vel cursores (64.14) et cetera / dicuntur, **et simpliciter** id est universaliter **quaecumque secundum naturalem potentiam vel impotentiam dicuntur** (64.15) secundum aliud genus / qualitatis. Quod est dicere: naturalis potentia et impotentia est aliud genus qualitatis. Ubi quoque, sicut superius, duae / sunt positae species pro uno genere.

Utrum autem pugillatores et cetera dicantur secundum naturalem potentiam, fit / quaestio. Et probatur ab immediatis. Quicquid enim vere dicitur, aut propter actum aut pro sola naturali potentia / vel impotentia; sed, inquit, **non quoniam sint dispositi** (64.16) id est quod actum habeant dicuntur pugillatores et cetera; ergo dicuntur / secundum naturalem potentiam.

Ubi ‘sed’ pro ‘ergo’ sic posuit: **sed quod habeant naturalem potentiam vel facere / quid facile vel nihil pati** (64.17). **Quod**, id est quae, secundum potentiam facere facile dicantur. Et quae secundum nihil pati / per sigulorum appositionem ostendit sic: **ut pugillatores et cursores dicuntur, non quod sint dispositi, sed quod / habeant potentiam hoc**

¹⁰¹ omnis] om(ne)s C

facile faciendi; sanativi autem dicuntur quae habeant naturalem potentiam ut / nihil a quibuslibet accidentibus patiantur; aegrotativi vero quod habeant impotentiam nihil patiendi (64.18) id est / potentiam facile patiendi.

Similiter autem his durum et molle se habent (64.22). A parte similiter. Si **durum** / dicitur **quod habet potentiam non cito(!) secandi** (64.23) id est impotentiam cito secandi, **molle vero** dicitur **quod eiusdem ipsius** id est non / cito secandi **habeat impotentiam** (64.24) id est potentiam facile secandi, tunc dicuntur similiter superioribus; / sed hoc est, ut ait **durum enim** etc (64.23); ergo durum et molle dicuntur **similiter his** (64.22) id est superius dictis.

Tertium vero genus / **qualitatis est passibiles qualitates et passiones**, ubi quoque duae species pro uno genere ponuntur. Ad qua/rum ostensionem haec affert exempla: **sunt autem huiusmodi** id est passiones et passibiles¹⁰² qualitates **[114r] ut dulcedo et amaritudo et omnia his cognata** (64.26), **amplius autem calor et frigus** etc (64.27); **et quoniam qualitates / hae sunt, manifestum est** (64.27); ergo passiones et passibiles qualitates sunt qualitates.

Et utrum hae, scilicet quae dictae / sunt, sint qualitates. A descriptione quam superius diximus qualitatis; descriptio vero in argumentatione locum / obtinet definitionis. Qualitas est secundum quod dicitur quale quod eam recipit; sed **quaecumque** inquit **ista susceperint / qualia dicuntur secundum ea** (64.28); ergo ea quae sunt dicta, sunt qualitates.

Et utrum quae ista suscipiunt, qualia dicantur. A partibus / susceptibilium et ipsarum [et] qualium, sic. **Ut mel quoniam dulcedinem suscipit dicitur ducle, et corpus album quod / suscipit(!) albedinem, similiter autem se habent(!) in ceteris** (64.29). **Passibiles vero qualitates dicuntur, non quod ea quae illas suscipi/unt(!) qualitates aliquid patiantur** (64.31).

Et utrum passibiles qualitates dicantur ut susceptibilia aliquid pati/antur. Non. A partibus. Si dulcedo non dicitur passibilis qualitas, ut mel aliquid patiat et calor et frigus, tunc pas/sibiles qualitates non dicuntur ut susceptibilia aliquid patiantur. Sed dulcedo et calor et frigus dicuntur passibiles / qualitates, non ut susceptibilia aliquid patiantur; et hoc est quod sic ait, ponens quale pro qualitate: **neque enim mel / dicitur dulce**, idcirco ut **aliquid passum sit** (64.32), **similiter autem calor et frigus**

¹⁰² passibiles] passiones C

passibiles qualitates dicuntur, non quod / ea quae illas suscipiunt qualitates **aliquid** patiantur (64.33). Ergo passibiles qualitates¹⁰³ dicuntur, non quod ea quae suscipiunt eas / aliquid patiantur, **sed** (65.1) idcirco dicuntur passibiles qualitates¹⁰⁴ quod singulum earum perfectivum est passionum, subaudi in eis / quae accidentaliter eas suscipiunt, ut dulcedo in melle cui naturaliter inest passionem non facit nec calor / in igne nec frigus in nive, sed in eis quibus accidunt ut in gustante et calefaciente.

Et utrum passibiles fa/ciant passionem secundum sensuum qualitatem. A partibus passibilium qualitatum et sensus. Si¹⁰⁵ dulcedo facit / passionem secundum gustum et calor secundum tactum, tunc passibiles qualitates inferunt passionem secundum sensum; / sed hoc est, ut ait **dulcedo enim** etc (65.3); ergo passibiles quales inferunt passionem secundum sensum.

Albedo autem et nigredo / et alii colores non similiter his quae dictae(!) sunt passibiles¹⁰⁶ qualitates dicuntur, sed quod hae ipsae id est albedo et nigredo ab / aliquibus passionibus innascuntur (65.5).

Ne quis vero miretur quomodo hi colores ex pa's'sionibus fiant, talem infert antipo/phoram. **Quoniam ergo pro 'autem' per aliquem passionem fiunt multae colorum mutationes, manifestum est** (65.7).

Quod idem / sic probat, a partibus. Si ex erubescencia fit rubor et ex timore pallor, tunc multi colores fiunt ex / passionibus; sed hoc est, ut ait, qualia ponens pro qualitatibus: **erubescens enim aliquis rubeus factus est** etc (65.8); ergo mani/festum est quoniam ex passionibus fiunt multae colorum mutationes.

Cui talem subiungit illationem: **quare etiam si quis / naturaliter aliquid talium passus fuerit, similem colorem ei(!) subaudi qui est circa corpus oportet eum habere** (65.9). Ubi simul / et locus et conclusio in una sunt oratione. Et locus quidem <a> causa est. Est enim causa, ut si in natura sit talis passio, 'qualis' subaudi / 'in corpore', sit etiam in natura similis color ei qui est in corpore.

Quam causam in parte sic reiterat: **quae enim dispositio nunc / ad verecundiam circa corpus facta est** (65.11), etiam in naturali constitutione **eadem est affectio** (65.12), ut eandem passionem / quam habet mater pregnans, eandem puer in ventre patiat; quae passio naturalis vocatur, quia fit dum naturam et / originem sumit puer. Si eadem passio verecundiae fit

¹⁰³ qualitates] .q(ua). C

¹⁰⁴ qualitates] q(ua)l() C

¹⁰⁵ Si] S(ed) C

¹⁰⁶ passibiles] passiones C

in natura, id est dum puer creatur in matre quae fuit circa / corpus matris, tunc similis color fit in natura ei qui fit in corpore. Inter causam, quae est eandem esse passionem; et effectum, id est similem esse colorem et partem passionum quae est verecundia. Sed, inquit, **quae dispositio fit circa corpus matris / ad verecundiam** (65.11), eadem fit etiam in natura, id est puero dum sumit naturam. Ergo similis color fit in natura ei qui / fit in corpore.

Quaecumque igitur pro ‘autem’ vel inceptivum sequentis doctrinae **talium casuum** id est quicumque tales casus, / scilicet ut pallor vel rubor, **ab aliquibus passionibus difficile mobilibus principium** id est originem **sumunt(!)**, / <passibiles> **qualitates dicuntur** (65.13).

Et utrum dicantur qualitates quae fiunt ex difficile mobilibus passionibus. A partius. **[114v]** Omnis enim colores qui ex passionibus fiunt, aut fiunt¹⁰⁷ secundum naturalem substantiam, id est puer sumit naturam, id est / originem, aut secundum tempus; sed, inquit, **sive secundum naturalem substantiam fiat pallor et nigredo, dicitur(!) qualitas(!)** (65.15) subaudi / si fiant ex passionibus difficile mobilibus, sive secundum tempus; ergo qualitates dicuntur quaecumque fiunt ex passio/nibus difficile mobilibus [sive secundum tempus; ergo qualitates dicuntur quaecumque fiunt ex passionibus difficile mobilibus]. /

Et utrum colores qui fiunt ex passionibus secundum tempus, id est temporalibus, sint qualitates. A partibus passionum et colorum qui / non fiunt secundum naturam, sed postquam iam diu natus est aliquis, quod vocatur secundum tempus. **Sive enim, inquit, propter aegritudinem / longam vel propter aestum vel nigredo vel pallor fiat**, si difficile moveantur, **qualitates dicuntur**¹⁰⁸ (65.17); sed haec fiunt secundum / tempus in corpore alicuius; ergo colores qui fiunt ex passionibus secundum tempus, si difficile moveantur, qualitates sunt.

Et / utrum colores qui fiunt secundum naturalem substantiam, si difficile moveantur, vocentur qualitates. A descriptione / qualitatis. Qualitas enim describitur illud secundum quod quale dicitur; sed, inquit (65.16), **secundum** eos colores qui fiunt secundum naturalem / substantiam dicimus **quales**; ergo illi colores sunt qualitates.

Hoc eodem utitur argumento in illis qui fiunt secundum tempus, / ut ex longa aegritudine vel aestu nimio. **Quaecumque vero ex his fiunt quae facile solvuntur et cito transeunt, / passiones dicuntur** (65.20), et non

¹⁰⁷ fivnt] fiant .c. C

¹⁰⁸ d(icu)n(tu)r] s(un)t a.c. C

qualitates subaudi.

Quam subauditionem ex sequenti potes percipere argumento. Inquit / enim **non dicimur secundum eas quales** (65.21); sed secundum quod non dicitur quale, non est qualitas; ergo quae fiunt ex his quae cito praetereunt, non sunt qualitates. A definitione per ablationem. Maxima propositio: unde abest definitio, et definitum.

Et utrum secundum eas quae / fiunt ex his quae cito transeunt, dicantur quales. Non. A partibus. Si secundum ruborem qui fit ex verecundia / cito transeunti non dicitur rubeus, nec secundum pallorem qui fit ex cito transeunti timore pallidus dicitur, / tunc secundum ea quae fiunt ex cito transeuntibus passionibus non dicuntur qualia; sed hoc est quod ait, sic: **neque enim qui propter verecundiam rubeus factus est** id est ruborem habuerit **rubeus dicitur** etc (65.22); ergo secundum ea quae fiunt ex cito transeuntibus / passionibus, non dicuntur qualia.

Ne quis miretur quod dixit non vocari rubeum qui propter verecundiam ruborem habuerit, / apponit hoc: **sed magis** id est potius **aliquid passus** (65.24) dicitur. **Quare**, inquit, id est quia secundum eas dicitur passus et non dicitur qualis / ab eis denominatus **passiones dicuntur, qualitates `vero` minime** (65.24). Cui convenit definitio, ut his convenit / passionis definitio, quae est secundum eas passum dici, convenit et definitum, id est passio. Et unde abest / definitio, ut ab his qualitates, quae est dici secundum eas quale abest, et definitum, id est qualitas.

Similiter autem (65.25) / id est ut ea quae fiunt ex his quae difficile transeunt secundum corpus, ut diximus ex longa aegritudine, dicuntur / qualitates, quae vero ex his quae cito transeunt passiones tantum, et non qualitates; sic etiam **secundum / animam dicuntur passibiles qualitates** (65.25) quaedam, quaedam non qualitates sed tantum **passiones** (65.26).

Et utrum qualitates / dicantur secundum animam. A specie eorum quae fiunt secundum animam quae est fieri secundum animam dum nascitur / puer, altera est secundum animam postquam iam diu natus est. Si quae **in nascendo fiunt ab aliquibus / passionibus** secundum animam, **dicuntur qualitates** (65.26), tunc quae fiunt secundum animam ex difficile moventibus / passionibus, dicuntur qualitates; sed, inquit, **quaecumque** (65.26); quod sequitur igitur.

Et utrum quae fiunt in nascendo ab aliquibus passionibus sint qualitates. A partibus. **Ut** inquit **dementia et ira et alia huiusmodi** (65.27) fiunt aliquando in / nascendo ex aliquibus passionibus; sed hae sunt qualitates; ergo qualitates sunt quae fiunt in nascendo ab aliquibus / passionibus.

Et utrum dementia et ira sint qualitates. A definitione. Qualitas enim est secundum quam quale / dicitur; sed, inquit, **quales dicimur secundum eas** (65.28) id est dementia et ira; ergo dementia et ira sunt qualitates.

Et utrum dicamur / quales secundum eas. A partibus qualium, ut, inquit, **dementes et iracundi** (56.28) dicimur secundum eas; sed haec sunt qualia; / ergo quales vel qualia dicuntur secundum eas.

Similiter autem inquit **et quaecumque alienationes non naturaliter [115r] sed ab aliquibus casibus factae sunt difficile praetereuntes et omnino immobiles, etiam huiusmodi** id est passi/ones **qualitates** dicuntur (65.29). A definitione; qualitates enim est secundum quam dicitur quale. Sed, inquit, **quales dicimur secundum / eas** (65.31) subaudi: quae fiunt non naturaliter, sed ab aliquibus aliis casibus, si difficile praetereant qualitates / dicuntur.

Quaecumque autem ex his quae cito(!) praetereunt fiunt, passiones¹⁰⁹ dicuntur (65.31), ‘et non qualitates’ subaudi. /

Quod probat a partibus, qualia ponens pro qualitatibus. **Ut inquit si quis contristatus iracundior fiat(!)** (66.1) quod est dice/re: ut ira quae nascitur ex tristitia, ‘non est qualitas’ subaudi; sed ira quae fit ex tristitia fit ex passione / quae cito praeterit; ergo quae fiunt ex passionibus quae cito praetereunt, non dicuntur qualitates.

Et utrum ira quae fit ex tristi/tia, sit qualitas. Non. A definitione per ablationem. Qualitas enim est secundum quam dicitur quale; sed secundum iram quae fit / ex tristitia, non dicitur iracundus, id est non dicitur quale, hoc est quod ait: **non enim dicitur iracundus qui huiusmodi passione** id est tristi/tia **iracundior fit** (66.2) id est iracundiam habuerit; ergo ira vel iracundia quae fit ex tristitia, non est qualitas. /

Ne quis vero miretur quod negat iracundum dici secundum iram huiusmodi, subponit hoc per adversativam parti/culam: **sed magis** id est potius **aliquid passus** (66.3) dicitur, subaudi: qui talem iram habuerit.

Quare (66.3), inquit, id est quia, secundum ea / quae fiunt ex passionibus cito praetereuntibus dicitur aliquis passus (quae definitio est passionis), et non dicitur qualis / (quae definitio est qualitatis), **dicuntur passiones** et non **qualitates** (66.3). Cui convenit definitio, et definitum; et / unde abest definitio, et definitum.

Quartum vero genus qualitatis est forma et circa aliquid constans

¹⁰⁹ passiones] passionb(us) a.c. C

/ **figura** (66.5). Hic item duae ponuntur species pro genere. Formam eius autem intelligimus qua res unaquaeque vel animata / vel ad similitudinem animalis facta formata est, ut formam hominis et bovis dicimus et formam statuæ. / Figuram autem intelligimus quæ est apud geometres, ut triangulus et similia, quæ constant circa corpo/ra; neque sine corporibus nisi intellectu subsistere possunt.

Ad hæc quoque id est præter hæc **rectitudo et / curvitas** dicitur qualitas, **et si quid his simile est** (27.7). Ex hoc porro non est mirum, si nos, quibus parvo et labore et / studio acquisita est scientia, in enumeratione nostra vel prætermittimus vel timemus delinquere, cum / hic diligens auctor timens aliquid reliquisse sic addidit: **et si quid simile est** (66.6).

Utrum autem qualitates / sint hæc quæ dicta sunt, quaeritur et probatur a definitione. Qualitas enim, ut dixi, est secundum quam dicitur quale; / sed, inquit, **secundum unumquodque eorum** quæ dicta sunt **dicitur quale** (66.7); ergo quæ dicta sunt, qualitates sunt.

Et utrum quale dicatur / secundum ea quæ dicta sunt, quaeritur et probatur a partibus qualium et prædictarum qualitatum. Si triangulum et / quadratum¹¹⁰ dicuntur secundum figuram et rectum et curvum secundum recitudinem et curvitatem, tunc qualia dicuntur secundum / ea quæ dicta sunt; sed hoc est, ut ait sic: **triangulum enim** etc (66.7); ergo qualia dicuntur secundum eas quæ dictæ sunt qualitates. /

Rarum vero et spissum et asperum et lene putabuntur(!) **qualitatem significare** (66.9); videtur autem esse **aliena a divi/sione** (66.11) qualitatis quam fecimus, quod est dicere: non sunt tantum inter qualitates computanda.

Quod sic probat, a re/pugnanti. Si significant vel monstrant positionem partium, tunc non sunt qualitates. Positio enim / est qualitas vel ad aliquid; quod vero eam monstrat, sub situm esse concluditur. Sed, inquit (66.12), hæc monstrant positi/onem partium. Ergo non sunt qualitates. Repugnat enim qualitates esse et monstrare positionem vel sub / situm esse.

Et utrum ea monstrent positionem. A partibus eorum et positionum. Si spissum monstrat / quod partes sunt propinquæ positæ, rarum vero quod longe et lene quod in rectum sunt positæ, et asperum / quod una superet altera sit inferior, tunc ipsa significant positionem; sed hoc est, ut ait sic: **spissum / quidem** etc (66.13); ergo ea monstrant positionem partium.

Et fortasse alii quoque apparebunt(!) qualitatis / modi, sed qui

¹¹⁰ q(ua)dratu(m)] -----u(m) a.c. C

maxime dicuntur hi sunt (66.16) subaudi: quos diximus.

His ita expositis, ut qualitatis **[115v]** finem intelligamus, non dialecticam sed oratoriam conclusionem bonus et dialecticus et rhetor intulit / Aristoteles sic: **quantitates igitur sunt haec quae dicta sunt** (27.19).

Deinde de qualibet de quibus etiam titulus promit/tebat, sic exponit narrationem: **qualia vero sunt quae secundum haec** id est qualitates **denominative dicuntur vel / quomodolibet** (27.19). Quaedam enim dicuntur denominative ut albus ab albedine et similia, quaedam non ut studiosus a virtu/te. **In pluribus quidem et paene in omnibus** id est licet dixerim quomodolibet aliter, tamen plura vel paene omnia **dicuntur / denominative** (27.21). Quod probat a partibus: **ut ab albedine albus** (27.22) similiter et in aliis. **In aliquibus vero** quia / **qualitatibus non sunt posita nomina, impossibile est ab** eis aliquid **denominative dici** (27.23).

Et utrum a qualitatibus / non habentibus nomina dicantur qualia non denominative, quaeritur; et probatur a partibus qualitatium non habentium nomina et qualium. **Ut inquit cursor et pugillator non dicuntur denominative**, sed dicantur **secundum naturalem po/tentiam** (27.25). **Neque enim** pro 'autem' **positum est nomen illis potestatibus** (27.27), **sicut in disciplinis** (66.25). Ergo a qualitatibus non habentibus nomina dicuntur qualia non denominative.

Et utrum disciplinae secundum quas pugillatores dicuntur; et cur /¹¹¹ fores habeant nomina. A partibus nominum. **Pugillatoria enim inquit disciplina dicitur et palaestrica**¹¹², **quales vero / dicuntur denominative ab eis qui ad eas sunt dispositi** (28.2).

Aliquando autem et posito nomine id est non solum nomen cum non est / positum, verum etiam cum est positum nomen aliquando **non dicitur denominative id quod secundum ipsam quale dicitur** (28.4=66.28).

Et utrum / a qualitate habente nomen dicatur quale non denominative. A parte qualitatis et qualis. Si a virtute dicitur **probus** / non denominative, tunc quale dicitur a qualitate habente nomen non denominative; sed, inquit, **a virtute dicitur probus** (28.5) non / denominative; ergo quale dicitur aliquando a qualitate habente nomen non denominative.

Et utrum probus dicatur a vir/tute, quaeritur; et probatur a definitione. Nam probus dicitur eo quod habet virtutem; sed qui habet virtutem, dicitur a

¹¹¹ cur / + [si] C

¹¹² palaestrica] palestrina a.c. C

virtute; ergo probus / dicitur a virtute.

Sed non denominative a virtute (28.2=67.1) dicitur. Repetita assertio.

Non est autem hoc in multis (28.7) id est ut a qualita/tibus habentibus nomina dicantur qualia non denominative.

Nunc vero demum sequitur superioris propositionis a partibus / probata conclusio. **Qualia ergo dicuntur quaecumque ex his quae dictae sunt qualitatibus denominative dicuntur vel quomodolibet / aliter** (28.8) id est non denominative.

Inest autem contrarietas in qualitate ((28.11=64.7). Quod probat a partibus. Si iustitia est contraria / iniustitiae et albedo nigredini et alia, tunc contrarietas est in qualitate, id est qualitas est contraria qualitati; sed, inquit, / **iustitia est contraria iniustitiae et alia similiter** (28.11); ergo contrarietas est in qualitate vel qualitas est contraria qualitati. /

Similiter autem id est sicut qualitates **ea quae secundum eas qualia dicuntur** (67.5) habent contraria. A partibus. **Ut, inquit, iustum iniusto** / est contrarium **et album nigro** (28.13); sed haec sunt qualia dicta secundum eas qualitates; ergo quae dicuntur secundum eas qualia, habent / contrarietatem.

Non est autem hoc in omnibus (28.14=67.7) subaudi qualitatibus, scilicet ut habeant contrarium. **Rubro enim et palli/do nihil est, inquit, contrarium existentibus**¹¹³ **qualitatibus** (28.14, 67.7); sed hae sunt qualitates, posuit enim rubrum et pallidum / pro rubore et pallore ut album pro albedine; ergo non omnes qualitates habent contrarium. A partibus.

Amplius (28.16=67.8) / subaudi dicemus de communitatibus qualitatis **si ex contrariis unum fuerit quale, et reliquum erit quale** (28.16=67.8). / **Hoc autem** scilicet si unum contrarium et reliquum esse quale, **manifestum est omnia alia praedicamenta proferen/ti** (28.17) id est cum omnia alia praedicamenta protulerit, sub quorum nullo inveniet illud, manifestum erit esse / qualem qualitatem.

Quod idem manifestatur a partibus. **Ut inquit iustitia est contraria iniustitiae** (28.18, 67.10); sed, inquit, cum / **iustitia est qualitas, nihilominus est in iustitia qualitas** (28.18); ergo si ex contrariis unum fuerit quale, id est qualitas, **et** / reliquum erit quale.

Quod autem iniustitia est qualitas, probat ab aliorum enumeratione.

¹¹³ existentibus] existententibus *a.c. C*

Nullum enim inquit / aliorum aptabitur sibi, nec quantitas nec relatio nec cetera (28.19, 67.11); sed necesse est ut vel qualitas sit vel sub / aliorum aliquo sit; ergo qualitas erit iniustitia.

Similiter autem et in aliis contrariis quae secundum qualitatem dicuntur (28.22). [116r]

[67.15]

Suscipit autem qualitas magis et minus (28.23=67.15). Album enim et iustum recipit magis et minus; sed album et iustum sunt qualitates; / ergo qualitas recipit magis et minus. Hic qualitatem pro quali, ut superius; quale pro qualitate oportet intelligi.

Et utrum / album et iustum recipiant magis et minus. A partibus recipiendi magis et minus quae sunt ab altero et a se. Quia, / inquit (28.15=67.15), album et nigrum dicuntur magis et minus ab altero et a se ipso; sed quod recipit magis et minus ab alio et a se, recipit / magis et minus; ergo album et cetera recipiunt magis et minus.

Et utrum recipiat magis et minus a se. A partibus / recipiendi a se quae sunt nunc et post. Si album nunc est minus album et post magis album, tunc album recipit magis / et minus a se; sed hoc est, et hoc est quod ait: **album enim cum sit**, nunc **contingit illud albius fieri** (28.25), quod est dicere quod est nunc / minus album, post fiet magis album; ergo album recipit magis et minus a se.

[67.18]

Hoc autem in omnibus non est, sed in pluribus (28.26). / A partibus. Si iustitia non dicitur magis vel minus a iustitia nec similes dispositiones, tunc non omnes qualitates / recipiunt magis et minus; sed hoc est, et hoc est quod ait: **dubitat aliquis** etc (28.27), quod est dicere: non est hoc, quia / non esset dubitationem gigneret.

Quidam etiam, inquit, inde **dubitant** (29.1=67.20). Quod probat a definitione dubitare. Est / enim dubitare non multum, id est non affirmative, dicere; sed, inquit, quidam dicunt **non multum** id est non affirmative **iustitiam / dici magis et minus a iustitia et sanitatem a sanitate** (29.2, 67.21); ergo quidam dubitant.

Minus autem habere alterum ab altero / sanitatem dicunt, iustitiam et grammaticam (29.3), similiter etiam alias disciplinas.

Licet autem, inquit, iustitia et sanitas / non recipiat magis et minus, tamen¹¹⁴ quae dicuntur qualia **secundum eas indubitanter res recipiunt magis et minus** (29.5, 67.24) hoc quia / manifeste patet dimisso.

¹¹⁴ tamen] t(antu)m C

Quaeritur utrum aliter habeat minus altero grammaticam. A relativo quod est magis ad minus. / **Si** alter magis grammaticus, id est magis habeat grammaticam, tunc alter minus habet; sed, inquit, **grammaticior**¹¹⁵ **alter altero** (67.25) id est magis grammaticus; ergo alter habet minus altero grammaticam, id est minus est grammaticus.

Triangulum vero inquit et quadratum non videtur / suscipere magis nec aliquid aliarum formarum (29.8). Quod probat a definitione trianguli. **Quaecumque enim definitionem / trianguli suscipiunt** (29.9), **similiter** id est aequaliter **sunt trianguli** (68.3) id est non recipiunt magis et minus; sed quae recipiunt definitionem¹¹⁶ trianguli, sunt trianguli; ergo triangulus non recipit magis et minus. Quod idcirco est a definitione, quia / cum dico ‘quae recipiunt definitionem trianguli, non recipiunt magis et minus¹¹⁷’, tantum est ac si definitionem / proferrem et dicerem ‘quaecumque constant tribus angulis, non recipiunt magis et minus’.

Ne quis vero intellegat quae non recipiunt definitionem trianguli recipere magis et minus, ex contrario quod dixit ‘quae recipiunt eius definiti/onem, non recipiunt magis et minus’, tali removet antipophora. **De his autem quae non suscipiunt** subaudi eius / definitionem **nihil magis alterum altero dicitur** (29.11) quod est dicere: licet quae recipiunt definitionem trianguli vel / circuli, non recipiunt magis et minus.

Nec omnia tamen quae non recipiunt eorum definitionem, recipiunt magis / et minus. A partibus. **Nihil enim inquit quadratum magis quam parte altera longior forma est circulus** (29.12=68.4) vel triangulus; / sed, inquit, **nullum ipsorum** id est nec quadratum nec “parte altera longior forma” **suscipit circuli** vel trianguli **rationem** (29.13); ergo quae non suscipiunt definitionem trianguli vel circuli, non recipiunt magis et minus.

Quod autem nec / quadratum nec parte altera longior forma dicitur minus magisve circulus vel triangulus, comprobatur a definitione. / **Simpliciter enim**(!) inquit **si utraque non recipiunt** id est si nullum ex his duobus recipit **propositi** id est circuli **rationem**, tunc / **non dicitur alterum altero magis** (29.14, 68.6) circulus; sed manifestum est quod neutrum suscipit circuli rationem; ergo neutrum dicitur / magis minusve altero circulus. Unde abest ratio, et illud cuius est ratio.

Ex his itaque, id est partibus qualium quae dictae / sunt, hanc infert

¹¹⁵ grammaticior] gra(m)matior C

¹¹⁶ defini/tionem] diffini/tione C

¹¹⁷ min(us)] man(us) a.c. C

conclusionem: **non igitur omnia qualia recipiunt magis et minus** (29.15, 68.7).

Ex `his´ ergo pro autem quae dicta sunt nihil / est proprium qualitatis (29.17). **Simile autem `inquit´ et dissimile dicuntur secundum qualitates** subaudi omnes et **solas** (29.18). Ab immediato contrario. / At secundum solas qualitates aut secundum aliud; sed, inquit, **secundum aliud non dicitur alterum alteri**¹¹⁸ **simile** (29.19=68.10); ergo dicitur¹¹⁹ secundum solas qualitates. **[116v]**

Cum autem constet quod secundum omnes dicatur, ex his duobus quae constituunt definitionem proprii, hanc infert conclusionem: / **quare** inquit **proprium erit qualitatis secundum eam dici simile et dissimile** (29.20=68.12). Cui convenit definitio, id est / convenire omni et soli, convenit `et´ definitum, id est esse proprium.

At vero non decet conturbari, ne quis nos dicat / tractantes de **qualitate multa interposuisse de relativis** (29.17=68.13) ut fecimus. A partibus. **Habi/tudines enim et dispositiones**¹²⁰

¹¹⁸ alt(er)i] alt(er)o *a.c. C*

¹¹⁹ d(icitu)r] d(icu)n(tu)r(?) *a.c. C*

¹²⁰ *hic librarius scribere desinit C*